

Nf'12

H3
22 au

DISSERTATIO THEOLOGICO - PHILOLOGICA
DE
**PROGRESSV ET INCREMENTO
DOCTRINAE SALVTARIS
INDE A PROT - EVANGELIO
VSQVE AD NOACHVM.**

QVAM
DIVINA ANNVENTE GRATIA
PRAESIDE
VIRO SVMME VENERANDO AMPLISSIMO DOCTISSIMO
IOANNE GEORGIO MICHAELIS
THEOL. PROF. PVBL. ORDINARIO AC ILLVSTR. GYMN. REG.
REFORM. EPHORO
PRAECEPTORE AC FAVTORE
OMNI PIETATE AD VRNAM VSQVE COLEND
AD DIEM XXVII. SEPTEMBRIS MDCCCLII.
HORA X. MATVT. IN ILLVSTR. GYMNASII AUDITORIO
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI EXPOΝIT
AVCTOR DEFENSVRVS W.
AVGVSTVS SIGISMVNDS SEIDEL
PRIMISLAVIENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE
LITTERIS HILLIGERIANIS.

DISSERTATIO THEOLOGICO-PHILOLOGICA
DE
PROGRESSA ET INCREMENTO
DOCTRINAE SALVATORIS
INDE A PROTEVANGELIO
AD NOGHEAM

JOVINE GEORGIO MICHIELIS
OMNIPIAE TATE AC LUXU AVSO E GOENDO
AD DASM ETATI CUNIUS MEDALLI
HOC EX MATUT. IN ITALIA. CUNIUS ADDITIONE
TARCO LIBAVITORUM EXAMINI EXCENSIS
AC GIOR. JAVINIS
VACASTAS SIGISMUNDAS SEIDEL
LUDWIG AVINIS
HEDY MEDAVITICIA
LUDV. HILARIO RAIANIS

V I R O
ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO
D O M I N O
C A R O L O L V D O L P H O
S. R. I. LIBERO BARONI
DE D A N C K E L M A N N

DYNASTÆ IN LODERSLEBEN, OPHAVSEN CET.

AVGVSTISSIMI ATQVE POTENTISSIMI BORVSSIAE REGIS
MINISTRO STATVS INTIMO RERVM BELLICARVM
CONSILIARIO EMINENTISSIMO

DIRECTORII ECCLESIASTICI, SUPREMI CONSISTORII ELE-
CTORALIS MARCHICI, NEC NON SENATVS ECCLESIASTICI
TEMPLI CATHEDRALIS PRÆSIDI GRAVISSIMO

REGIARVM ACADEMIARVM GYMNASII IOACHIMICI
RELIQVARVM SCHOLARVM CVRATORI

E T
REGIÆ BIBLIOTHECÆ SUPREMO PRÆFECTO
CAVSARVM GALLICARVM MODERATORI

VIRG
ILLUSTERRIMVS AVGVSTVS MONTIVITIUS
DOMINO
CYRLOLUDOLPHIO
S. R. I. TIBERIE PARVON
DE DANCERIAMIN
DIVERSA IN CORDIS PIANI QVI INUITANTUR
AD ALIAS ALIAS TOTIDEM TANAKA NOVAE REGIAE
MINISTERIIS STABIS ET LIMBO REARVM AFRICANORVM
CONSTITUTIS TERRITORIIS
DIRECTIONE GOVERNATORIIS S. V. S. CONSTITUTIS
COTOLANI M. IRIGI, V. V. NON SED V. ECCLIES STABIS
TINTI CATTINDBRIS ILLICIDI GRASSISSIMO
REGIARVM AGATHINVM CYNAMI OF CHINIC
MELGARVM SCHOLARVM CULTIVAT
EGYPTI HIRTOHICAE SATRII O TETEOT
CAESARVM GAI. MAX. MODERATOR

VIRIS

SVMME VENERANDIS EXCELLENTISSIMIS AMPLISSIMIS
ATQVE DOCTISSIMIS

D O M I N O
AVGVSTO FRIDERICO
GVILIELMO SACK

AVGVSTISSIMI BORVSSORVM REGIS AVLÆ A CONCIO-
NIBVS SVPREMI CONSISTORII CONSILIARIO PRIMARIO SENA-
TUS ECCLESIASTICI MEMBRO SPECTATISSIMO
SOCIETAT. SCIENT. REG. SODALI
GRAVISSIMO

D O M I N O
IOANNI PHILIPPO
HEINIO

SANCTORIS DISCIPLINÆ DOCTORI LONGE MERITISSIMO
ILLVSTRIS PRYTANEI IOACHIMICI RECTORI ATQVE PROFES-
SORI PRIMARIO REGIÆ SCIENTIARVM ACADEMIÆ
CLASSIS PHILOSOPHICÆ PRÆSIDI
DIGNISSIMO

VIRIS

DIGNITATE MVNERIBVS ET FAMA INCLVTISSIMIS STEM
MATE ILLVSTRBVS DE SALVTE REIPUBLICÆ INCREMENTO
ECCLESIÆ ET LITERATI ORBIS MAXIME
MERENTIBVS

DOMINIS MÆCENATIBVS AC FAVTORIBVS SVIS

SVMMA PIETATE AD ROGVUM VSQVE COLENDIS

PRIMITIAS HASCE ACADEMICAS

IN CVLTVS DEVOTISSIMI ARRHABONEM

SVMMÆQUE PIETATIS TESSERAM

SVBIECTISSIMA MENTIS VENERATIONE

DIÇATAS ESSE CVPIT

IOANNI PHILIPPO HEINIO

SVNGLORIIS DICITIONE DOCTORIS MINTISSIMO

ITVSTRIS ILLUSTRAVSI ACADMIÆ TUTA PROTEGE

ZORT PRIMARIO REGIO ACADMIÆ ACADEMIA

CIVISSE TIBIUS TIBIUS TIBIUS

AVCTOR.



PROOEMIVM.



In primam veritatis qualiscunque originem inquirere, illiusque propagatae ac ampliatae rationes ac occasiones investigare, sane jucundum & multa cum utilitate est coniunctum. Hoc jam dum Philosophi ratum habentes, systema, certis indubitatisque principiis innixum, concinnarunt, ex quibus, ubi philosophicæ veritates ab adversariis laceſſuntur, negantur, totam componunt litem. Physices periti, qualiacunque naturæ curiosæ phenomena exquisitissimo examini ſubjiciunt. Non ſufficit ipsis nudo oculo obiectorum quorundam ſtructuras, operationesque perlustrare, verum, adhibito Microscopio, in intimiora illorum penetrant, ut ad prima usque stamina quam proxime accendant. Sic in generatione infeſtorum, diversas detegunt mutatio-nes in ovulis, exitus ex involucris, quibus inclusos, nemo cogitaffer, contineri papilio-nes, inde ſe evoluturos. Ta-

A

les

PROOEMIVM.

2

Ies eventus ipsis præbuere occasiones cæterorum etiam animalium, imo & hominum generationes, indagandi. Nec in id tantum sagaces rerum naturalium scrutatores incumbunt, ut ad primos veritatis naturalis fontes, atque principia, suis regrediantur cogitationibus, verum etiam ex pri scis monumentis reperere annuntiuntur, quibus natalibus, philosophia primum profecta, ubi locorum, & per quos, prima ejusdem semina fuerint sparsa, qua occasione, nutrimentum & augmentum ceperint, & qua via scientia philosophica ad alias itemque alias regiones demigrarit, & quæ hujus generis sunt alia. Tales disquisitiones etiam, circa doctrinam revelatam, ejusdemque primam originem, progressum, incrementum & propagationem, multo cum fructu institui possunt. Prot-Evangelium pandere primam originem rotius revelationis omnes largiuntur. Ad primam igitur doctrinæ revelatæ fontem regredi proposuimus, ostensuri, quam simplices fuerint veritates, primitus manifestatae, quæ tamen multas alias suo finu fuerint complexæ, cum tempore magis magisque evolutas. Sapientia ac bonitas Dei exinde dispale scit, tantum omni tempore doctrinæ salutaris revealantis, quantum ad salutem, ejusque spem certam erat satis. Equidem viros doctos ac interpres varia de hoc argumento delibasse, confitemur, quorum meditationes etiam in usus nostros convertimus; speramus tamen, auxiliante numinis gratia, quædam quod ad intelligentiam Prot-Evangelii, quam habuerunt primi parentes, & item illustrationem veritatum, in illo delitescentium, in medium attulisse, quæ utilitate sua non carebunt. Consideramus revelationem, tanquam implicitam & explicitam ostensuri, quo modo explicira ad implicitam, (seu Prot-Evangelium) ab ipso illo usque ad Noachum
fe ha-

PROOEMIVM.

3

se habeat, quod per incrementum revelationis sive doctrinæ salutaris, a Prot-Evangelio usque ad Noachum intelligimus. In tractatione vero ita versabimur, ut I) quædam de Prot-Evangelio tangamus, II) facta III) ritus IV) eventus singulares, cum relatione ad divinum istud promissum, discipiamus.

§. I.

Per peccatum in profundissimum miseriae barathrum ex summo *Protevangelium est funeritatem*, gradu præcipites detrusi Protoplasti, sera cum postquam illis in ingens *omnium*, felicitatis gradu manifestum, ipsam gratia sua atque favore occurserunt, pro omnem prorsus æternitatem, in eo permanissent, damentum nisi clementissimum Numen eorum liberationem, solatium mox patefecisset. Nam ecce! Deus ipsis ad se vocat, *quotquot deritatem* in signum manifestum, ipsum illis *missionum* incepit fuisse. Post institutum examen sententiam condemnatoriam in seruare. Post institutum examen sententiam condemnatoriam in servitatem pronunciat. Hanc vero pronunciando, manifestat simul *missionum* maximum misericordia propositorum, per Messiam, Filium suum *divinarum*. ab eterno genitum, olim exequendum, qui peccatorem miserum salvaturus, nec minus per fidem salutem, quam paratus esset, eidem sit applicaturus. Verba, quibus cryptice haec insunt promises, sic sonant, Gen. 3, 15. *וְאַיִלָּה אֲשִׁית בֵּין זָרֶךְ וּבֵין הוּא יִשּׁופֵךְ רָאשׁ וְאַחַת חַטֹּפֶנוּ*

עֲקָב : Et inimiticitudinem ponam inter te, & mulierem hanc, & inter semen tuum, & inter semen ejus, hoc conteret tibi caput, & tu conteres ei calcaneum. Quod Vaticinium, cum reliqua Codicis sacri paginae magis enucleatum, tandemque impletum, exhibent, aperio Testamenti æterni divisa gratia fuit, omne id, quod ad universum consilii pacis spectat mysterium complectens. Nervose admodum de hoc oraculo pronunciat cel. CORN. HASÆVS, quod, quia ceteris *ceu* fons quidam suam scaturiginem *eaque* veluti compendium, in se complectitur, & ad quod denique, *ceu*

A. 2

nor-

Dissertatio Theologico-Philologica

normam suam reliqua omnia sunt referenda, merito quis oraculum dixerit oraculorum, diatr. de Protevangelio paradisiaco, thes. theologico-philol. Menth. Vol. I. p. 69.

Præcipue veritates, in illo delitescentes, eruuntur.

§. II. Ex illo autem, ratiocinationis ope, sequentes veritates facili opera elicere possumus. Conterere caput serpentis seductoris, est grande opus, & humanas, imo omnium creaturam vires longissime exsuperans. Serpens est diabolus. Etenim prædicta in oraculo naturali serpenti aprari nequeunt, ab altera vero parte, si per serpentem satanam accipimus, certum ac justum omnia consequuntur sensum. Hic nobis describitur robustus atque potens Elai. 49, 24. coll. Matth. 12, 29. In quam, quæso, creaturarum hoc quadrabit? Num in hominem? atque ille regulus etiamnum & longe fortior diabolo succubuerat. An in angelum bonum? atque illi, quiequid hac in re possunt, pugnantes contra draconem, eumque vincentes Apoc. 12, 7. non possunt per se ac virtute sua, sed Michaëlis, persona divina & capitum sui. An denique ipse diabolus hoc faciet, sed diabolus diabolum non ejicit, destruitive Luc. 11, 8. Deus igitur ipse sit, oportet, hoc qui possit. Neque tamen Deus solum, semini enim mulieris oraculum diserte id tribuit, hinc Deus manifestatus in carne, qui audit Messias. Genus humanum igitur, ut hujus divini meriti fiat particeps, debuit mulieri ejusque semini secundario intercedere inimicitia cum diabolo, quæ vero non potuit, nisi abolita inimicitia cum Deo, quam seductor iste mulieri & posteritati ejus seductione sua ingeneraverat, per justificationem, & inde consequentem regenerationem atque sanctificationem, cuius complementum natūri erant in destructione corporis per mortem ejusdemque gloria ultimis temporibus ex pulvere terræ excitatione. Quæcum fidem in Messiam ejusque satisfactionem includunt, fides, quæ sece cum semine primario, eodemque sanctificante, arctissime conjungunt, præcipue efflagitatur. Præcipias veritates revelatas indicasse sufficit, alias, non minoris ponderis, facili sequela efferre possemus, sed prolixitatem evitare constituimus.

§. III.

de progressu & incremento doctrinæ salutaris &c. 5

§. III. Dubium equidem est nullum, quin Protoplasti *Primi oraculum* hoc, ab optimo Deo, ad demulcendos ægros eorum *rentes optimos* datum, tam distincte per omnes partes non intellexerint, *me intellectum* quam nos adjuti luce sequentium oraculorum & Evangelii. *Hoc erunt rurum tamen omnium summam in radice, seu fundamento, unde Prot-Evangelia reliqua deducere, & spiritus sancti ope, ac duetu porro indagare gelium.* potuere, perspexerunt, adeoque pro temporis illius ratione, id, quod ad ipsorum salutem spectabat, luculenter satis cognoscere potuerunt. Liberatio in eo consistebat, ut promissum Messiam fidem amplecterentur. Num autem fides locum habere potuit, nisi Prot-Evangelium intellexissent! Optime itaque intellexerunt, nec obstant brevitas credendorum, nec emblemata ac obscuræ locutiones. Probabile porro est, Deum, ut scopum, quem intendebat, consequeretur, ipsis dilucidiores horum verborum expositionem, pariter & intellectum dedisse; quæ omnia vero brevitatis causa, uti Mosis moris est, in omnibus suis circumstantiis, ab illo non sunt declarata. Adamus insigni admodum cognitione ante peccatum admissum est gavisus, in peccato, per breve admodum tempus substititus: igitur vires naturales non ita sunt prostratae, ut non plurimarum, earundemque præstantissimarum veritatum naturalium, scientia ipsi superfuerit. Memor superioris felicitatis, conficius contra angoris aliorumque malorum, quæ peccatum presso sequuntur pede, fieri non potuit, quin tædio afficeretur, dolorem suum restaretur, ac oblatam gratiam cupide arriperet. Nec dubium est, quin Deus parentibus nostris, ubi in fœdus gratia concesserunt, novas impertiverit vires, quibus adjuti, & promissionem intelligere, & tales actiones edere, ex quibus de implemento illius erga se certam spem concipere licuerit, potuerint. A probabili etiam non abludit ratione, crebrioribus revelationibus divinis, in intelligentia primi Evangelii confirmatos fuisse. Quæ R. Elieser in Pirke c.XX argue Reuchlinus cabbal. L. I. p.441. tanquam ex traditione profecta, de fide, penitentia Adami, itemque liberatione a peccatis habent, illa tanquam incerta mittimus: videtur tamen resipiscencia, & inde facta reconciliatio cum Deo, per totum fere orientem, quod ex Herbelot biblioth. orient. p.55.

apparet, sparsa fuisse, unde forsitan *Mohammed* hausit illa, quæ de penitentia Adami, & gratia illi a Deo facta, leguntur in Alcorano sura 2. & 7. Recte igitur patres sententiam *Tatiani*, negantis, Adamum cum Deo in gratiam rediisse, ac salutem consecutum fuisse, damnarunt, vid. *Epiphanius* adv. heres, Lib. I. Tom. III. heres. 26. p. 391. 392. quod ipsum dedita opera demonstratum dedit *B. Sam. Andrea*, diss. de salute Adami thes. theologico - Philol. T. I. p. 96 - 105.

I.) *Ex factis ad Propterea speciantibus, speciationem nomen uxoris nomine Chavah ab Adamo facta.* §. IV. Primum quod nobis post patefactum Evangelium notatu dignum occurrit, est impositio nominis **חוה**, ab Adamo uxori sua inditi. Verba sacri scriptoris hæc sunt: **וַיִּקְרָא אֱלֹהִים** **שֶׁם** **אֲשֶׁר** **הָיָה** **בַּיּוֹם** **כִּי** **הָיָה** **אֵם** **כָּל** **חַיִּים** Et vocavit Adam nomen uxoris sua Chava, eo quod ipsa mater facta est omnis viventis. Gen. 3., 20. Occasio, & ipsa nominis impositio, haud obscuram nobis relationem ad primam illam promissionem indicant. Deus enim, post manifestatum Evangelium, pergebat peccati sequelas, in Protoplastos redundaturas, pronunciare, quo facto, Adamus, tacita fere hisce submissione subjiciens, in nomenclationem uxoris suæ erupit, qua fidem suam in Prot-Evangelium palam testaram voluisse, non dubitamus, in quo solo adversus memorata mala solatium reperiret. Sic enim hæc invicem arctissime connectit Hebræorum copula 1 vers. 20. Præterea & hæc relatio ex nomine ipso patet. Nominarat enim antea uxoris suæ nomen **אֵשֶׁת** Gen. 2., 23. Nomen hoc vero erat generale, toti mulierum ordini commune. Vti enim omnibus imposuerat nomina animalibus, quo ipso suum in illa dominium aperte satis significabat, sic & eodem modo hic uxori suæ nomen impertitur. In presenti autem illam compellat specialiori, proprio nempe **חוה**, non *appellativo*: sed renovatam nominis impositionem raro novimus, aut nunquam in sacris memorari, nisi ob easum quendam peculiarem, & ubi in nova ejusmodi nomenclatione beneficium quodam includitur, aut tali personæ ipsi, sive collatum, sive conferendum, aut per eam aliis. Conf. Gen. 17, 5. 32, 28. 29. Esai. 1, 26. 62, 4. Ezech.

de progressu & incremento doctrinae salutaris &c. 7

Ezech. 48, 35. Hanc etiam ob causam personis nomina dantur, non modo ut per ea ab aliis distinguantur, verum etiam ut, auditor nomine, mox cognoscatur, qualis ea sit persona, & cur tali nomine gaudeat. Eiusmodi nomina significativa jam imposuerat Adamus omni animantium generi, tale etiam est, quod de novo jam uxori sua indit, nomen sc. **חוּה**.

§. V. Quod attinet interpretationem hujus nominis, cor- *Quo modo*
tentionis serra inter doctos valde reciprocatur. Alii vitam *natu-nomen hoc*
ralem intelligi contendunt, alii *spiritualem*. Horum cum ratio-*sit expli-*
nes maximi deprehendimus valoris, intrepidi in eorum imus sen-*candum*.
tentiam. Iudaorum doctores multi sunt in investiganda nominis
hujus origine, illiusque significatione determinanda, sed quoniam
in illis, quæ proferunt, aliqua sunt inepta, illa taciti præterimus,
quæ qui cognoscere avert, adeat *Fagium* ad h. l. Præstat potius in eam, quam historia sacra denominationis originationem tradit, inquirere diligentius. Diserte scribit Moses, eam
vocari **חוּה** *quia mater* **כָל** *omnis viventis*. Non itaque a Chaldeo **חוּה**, quod habet significationem *ostendendi, indicandi,*
nuntiandi, sed ab Hebreo **חוּה** *vixit*, derivandum. Jod mutato in Vau, quo a **חוּה** *serra, bestia* distingueretur. Minime autem ideo **חוּה** est interpretanda **צָוֵן** *vita*, ut versio **τάων** ὁ habet. Hebreice enim vita non est **חוּה**, sed **חַיִּים**, & **חוּה** *vivens*. Potius igitur **חוּה** *vivificatricem* interpretamur cum Hillero in Onomast. p. 129. **חוּה** non sónat vitam, quam Hebrei **חַיִּים** efferunt, sed vivificam, sive causam, organon, aut instrumentum vita, ut ob-*stetrics* Ægyptiacæ dicuntur **מְחֹיוֹת** pueros Hebreos vivificantes Exod. I. Venit enim a participio **מְחוּה**, que vivificat. Idem ante Hillerum docuit Gussetus comm. L. E. p. 923. ostendens ex mente Adami habere emphasis translatiyan. Ex **מחוה** autem, abjecto **בָּ** charakteristico, formatur **חוּה**. Sufficiant hæc de voce **חוּה**. Nodus præcipue solvendus est, in adjectis verbis, **כָל**, num hæc de vita *naturali*, an *spirituali*, sint accipienda. Non inficias quidem imus, per hanc notionem in Sacris, præsertim addita illa universalitatis nota, **כָל**, omnes generatim homines denotari sole-

Solere; quo referuntur loca Ps. 143, 2. nec non Gen. 8, 21. Job. 28, 21. Quæ etiam urgent Patroni sententiae de naturali vita, hisque accommodant explicationem, putantes, denominatio-nis rationem, magis cum veritate rei convenire, cum Heva absque ullo dubio, omnium omnino hominum mater sit constituta. Sed rationem temporis hic habendam esse autumo. Hæc novi nomi-nis impositio demum post lapsum est instituta, cum mors jamdum stipendum peccati invalueret. Si nunc naturalis vita indigitare-tur, Heva potius facta fuit mater mortuorum, vel mortalium, quam vivorum. Præterea ante lapsum, ad Adamum adducta erat hæc mulier, ceu talis, ex qua, pronunciata jam divina benedictio-ne, universum genus humanum multiplicaretur, totusque orbis habitabilis incolis impleretur. Et sic revera, naturalem vitam si spectas, jam tunc constituta erat *mater omnis viventis*, i. e. omnium hominum. Majori jure tunc Heva hoc nomen gerisset, sed illo tunc Adamus ipsam non insignivit. Reсте igitur inferimus, quod novum nomen novam postulet rationem. Quæ vero nulla hic esse potest, nisi spes vitae spiritualis & æternæ. Post lapsum vi com-minationis divinæ revera est facta mater omnis morientis, quæ ho-mines deinceps gigneret propter peccatum mortis reos, & re ipsa morituros. Nunc vero gratia promissum, mulieri semen addi-xerat, contra serpentem, ejusque semen inimicitiam exercitum, & victoriam, quam omnino hominum, peccatis mortuorum, vi-vificatio secura habitura esset, reportaturum. Hanc intellexisse ex relatione Mosaica abunde appetet, Adamus, fide apprehen-dens hoc promissionis verbum, nomenclatione nova palam decla-rat, ex illo ipso agnoscere se, Hevam constitutam matrem *omnis* (sensu spirituali) *viventis*, i. e. matrem seminis promissi, seu Mes-siae, tanquam unici vitae fornisi, a quo & ipse, & credentes omnes, ceu semen *sanctificatum*, vitam accepturi essent. In hunc sensum verba Adami interpretatur Paulus I Cor. 11, 12. ὁσπερ γένεται ἡ γυνὴ ἐν τῷ ἀνδρὶ, quemadmodum mulier (Heva) ex viro, vitam naturalem ex Adamo accipiens, ex ipsius costa formata, ἐτονεῖ ὁ ἀνὴρ δια τῆς γυναικός, ita etiam vir est per mulierem, per ipsam virtute ac beneficio seminis illius, olim nascituri, vitam ἐν κυρίῳ spiritua-

de progressu & incremento doctrinae salutaris &c. 9

spiritualem v. II. est adeptus. Sensum quem verbis Adami damus, suo jam ævo perspexit Fagius in h. l.

§. VI. Satis in precedentibus adstruximus, communis *Fidem suam* nostri parentis Adami cognitionem & fidem, ex Prot-Evangelio *testata est* profectam. Fert animus porro inquirere, annon itidem hujus *Heva*, ubi fidei in prima matre Heva quoddam specimen inveniatur. Illam *enixa est* vero nec aliter sensisse, patet ex illo, quod ipsa dedit filio suo pri-Cainum. **קָנֵת אִישׁ קְנַת יְהוָה**

Vocem **קִנְאָה** a **קְנָה** possedit descendere, sponte fluit. Igitur rejicimus derivationem *Lud. de Dieu*, & aliorum, qui nomen repetunt a **קִנְאָה** *lamentatus est*, itemque illorum, qui a **קְנָה** *zelo ductus fuit*, vel etiam *invidit*, arcessunt. Nec obstat, quod insertum est, siquidem, notantibus Judæorum doctoribus, in nominibus propriis non semper analogia grammatica observatur, quod ipsum etiam observat cel. *Simonis noster Onomast.* V. T. p. 7. & quidni cum *Gussetio*, qui tamen nomen **קִנְאָה** a **קְנָה** deducit, hue referre possemus vocem **קִנְחָה** secando, quemadmodum in similibus casibus, ratio nominis impositi additur, uti Gen. 4, 25. 5, 29. 10, 25. 11, 9. cum primis 17, 5., ita ut haec matris, quæ procul dubio, graves partus dolores, tanquam effectus ac consequentia peccati perfenserat, de partu illo sibi gratulantis verba non minorem latitiam spirent atque fidem, quam deinceps in nomenclatione Sethi declaravit. Quid vero magni ex partu suo expectabat? Num censemus, de filio mortali nato, & ob commissum peccatum ærumnoso, tantopere exultare piam parentem? Minime hoc videtur. Exsultat potius de viro domino acquisito, qui est semen illud mulieris gloriosum in Prot-Evangelio promissum.

§. VII. Discrepant in eo, quid sit istud **אֶת יְהוָה** eruditii *Sensus verborum* admodum. Omnes, qui pugnant, Protoplastos nullum verborum **אֶת יְהוָה** Protevangelii habuisse sensum, negant hic respici ad Messiam. Imo quidam alias satis orthodoxi, primorum parentum fidem in Messiam venturum pro certo habentes, ambigunt tamen, num ex hac nomi-

nis impositione ea repetenda sit, suspicantes, numne majora hic intellectui & fidei Evæ adscribantur, quam in prioribus Adami cognitioni. Verba itaque hæc malunt reddere: *acquisivi virum cum domino.* Quem significatum censem habere particulam אֶת Gen. 5, 22. ubi Enochus dicitur ambulasse אֶת אלהים cum Deo. Sed a lingua peritis jamdudum est animadversum, quando נָא per *cum* explicatur, tunc semper significare inclusam quandam, cum alia quadam re, vel persona, societatem; at venire nullibi pro descriptione adjuncti alicujus auxilii, quam Græci exprimere solent per σὺν Θεῷ. Hoc quippe ubi innuunt Hebrei, non solent dicere אֶת הָיוֹת, vel בְּיַהוָה, vel vulgo אֶת אֱלֹהִים, conf. Pl. 18, 30. Nulla hinc nos urget necessitas, cur non potius vertamus ipsum dominum s. Jehovam. Constat enim voculam אֶת Hebreis esse notam Accusativi, & ubi media ponitur inter duo nomina substantiva, subire vicem peculiaris denominationis & descriptionis, atque aequivalere latinorum *nempe*, seu scilicet. E. gr. verf. 2. habetur, & pergebat parere אֶת אֶחָד תְּנֵן fratrem ejus, אֶת scilicet Habelem. Alia exempla suppeditat Noldius concord. particul. ebræo-chald. p. 119. edit. Hafn. Deinde suaderet hoc natura rei. HEva enim si in letissima hac exclamatione nihil animo voluisse, quam se habuisse in hoc partu Deum auxiliantem, juxta notissimum effatum: Deus & homo generant hominem, in eo nihil tanta letitia dignum repertur, cum idem Hevæ cum omnibus aliis parturientibus, imo brutis sit commune. Longe majora igitur hic denotari patet. Cum cel. Cocejo hæc igitur verba interprerarum: *Possedi virum Iehovam*, nempe ita, ut Hevæ edita de Messia confessio sit, cum fore Immanuelem, i. e. hominem qui virilis sit sexus, & Jehovam pariter verum illum Deum. Talis quippe confessio prorsus cum scriptis sacris sequentium seculorum consentit, quibus ille tanquam homo & simul Deus fortis describitur. Conf. Elai. 7, 14. 9, 5. 6. & in ipso Protevangelio latet.

Eva non er- §. VIII. Minime autem ex hisce deducimus, Hevam ravit in per-eerto credidisse, hunc filium suum esse promissum Messiam dicendo: possideo,

de progressu & incremento doctrine salutaris &c. 11

possideo per generationem scilicet, virum Jehovam. Scivit enim, *suna, sed hac* hunc filium suum ex mariti voluntate ac congressu esse genitum, *opportuni-* modo plane diverso generationis Messiae, qui semen mulieris ea tate suam ratione fururus erat, qua hominum, post precreandorum, nullus ostendit si-
Sunt quidem multi, Evam erroris in persona arguentes, hinc sta-*dem.*
tuientes, illam nec credidisse Protevangelio. Sed plane haec non valet consequentia. Nequaquam creditu est necessarium, com-
munem nostram matrem, audita licet & quod ad rerum summam
rite intellecta promissione, omnia tamen & singula, quae ad Mes-
siam spectarent, statim aequa explorata habuisse, Deo volente, πο-
λυμερός & πολυτρέπως gradatim ænigmaticam illam Messiae pro-
missionem evolvere. Potuit itaque fieri, salva ejus pietate, ut pri-
ma fronte ignoraverit, ex virginie nasciturum Messiam, siquidem
ex viri feminaque congressu ortum trahentes quoque ex muliere
nati, dici possunt. Hiob. 14, 1. Num autem iste error intole-
rabilior, quam Virginis Mariæ, quae cum tamē Angelus diserte
nativitatem Messiae ipsi annunciat, tamen dubitabat: *quomodo fu-*
turum est illud, cum virum non cognoverim Luc. 1, 34. Sed ne
quidem necesse est, ad ejusmodi excusationem ut confugiamus.
Optime enim ab omni prorsus errore, & impietatis periculo He-
vam immunem facere possumus: Non quippe haec nobis stat sen-
tencia, existimasse illam, Cainum ipsum esse virum illum Jeho-
vam, potius censemus, ipsam, nativitatem filii hujus sui, primo
partu editi, tanquam argumentum ac certissimum pignus respe-
xisse, fore, ut suo tempore promissum de semine mulieris ipso
implemento comprobaretur. Hunc ubi est enixa, comperit, De-
um velle humanum genus, etiam sub peccato, conservatum &
propagatum, quod cum perditum nollet, in spem certam est in-
gressa, futurum, ut liberatorem, ex muliere editum mitteret.
Gal. 4, 4. Subscribimus omnino sententiae præstantissimi Theolo-
gi, Herm. Witjū, quam ira proponit: *non afferimus, quod Cai-*
nūm, pro ipso Messia amplexa mater sit. Verum in Caini nativi-
tate argumentum præstandæ promissionis Dei, & stabilitum
fidei suæ, eam animadvertisse, opinamur, quod ista ὀρθοδοξία de-
claratum, & memoria consecratum voluit. Oecon. feed. L. IV.

B 2

c. l. §. 35.

c. l. §. 35. p. 573. Hacigitur in re singularem suam testabatur fidei. Moris enim erat inter sanctos priisci seculi Patriarchas, ut ob accepta, vel sperata a clementissimo Numine, beneficia, opportunitatem quærerent, testimonia fidei edendi, que extare voluerunt in nominibus, rebus nonnullis, præcipue autem liberis suis impositis; quorum tamen nominum significatio, non in subiecto ipso, quod ea fert, sed in objecto alio, ad quod illud certam relationem habere supponitur, quærenda est. Unicum hujus exemplum in medium produxisse sufficiet. Istud est Mosis, filium suum vocantis אֵלִזָּעֶר, Eliezer auxilium Dei, vel Deus auxilium, scil. est meum. Hujus denominationis ratio non est in subiecto ipsius qualitate, sed objecti alterius beneficio, cuius monumentum volebat esse, in sui filii nomine. Ita enim ipse, quia Deus patris mei בָּנַי auxilio fuit mihi, & eripuit me e gladio Pharaonis. Exod. 18, 4. Eodem modo res se habuit cum Heva, quæ, si evangelium ullo modo intellexit, & fide recepit, non potuit non, prima quaque opportunitate suæ fidei confessionis monumentum impositione nominis Caini erigere.

*Ratio nō-
menclatio-
nis Habelis.*

§. IX. Etiamsi Habelis respectu, nulla prorsus datur nomenclationis ratio expressa, qualem nomini Caini additam fuisse vidimus: expediet tamen quedam de illa delibare. Hebraice scribitur הַבְלָה eum adspiratione, Graci interpres vero legunt Αβελ, hinc ejus absque adspiratione scriptio occasionem præbuit perverse ejus interpretationi per dolorem, seu lucretum, derivantes ab ל quod lucretum denotat. Sic Eusebius præparat. Evang. I. XI. c. 6. Αβελ ἐγνωμένηται πανθ. Sed male. Vox הַבְלָה denotat vanitatem. Multas jam tradunt hic rationes multi, cur hoc nomine sit compellatus. Coram inscuntur nonnulli, ex astorum situ fatur hujus filii sui lucretissimum, parentes prævidisse, alii, eos per singularem revelationem divinam ejus violentiam præfiguisse necem. Hoc uti citra sacri codicis autoritatem fingitur, ita per se frivolum est illud. Nonnulli autem statuunt, hoc ei nomen post necem demum impositum: quæ conjectura vero itidem sacris est contraria paginis. Optimam vero ingredimur viam,

viam, adseverantes, hac nominis impositione doceri, quomodo parentes hominem in naturali suo, & per peccatum corrupto statu considerarint: eum videlicet, cum in eo, quod est ipse, tum in eo quod agit ex se, nihil aliud esse quam *vanitatem* meram, & omni quoque vanitate subiectum Rom. 8, 20. Tali modo habemus Protoplastos perditum felicitatis statum lugentes, deplorantes, peccati admissi convictos, pennis, quales redimendos Protevangelium flagitat. Arrident nobis verba Jac. Altingii in h. l. *quod memoriale statueret denunciationum, quibus Deus post promulgatum Evangelium creaturam subiecit vanitati ad convictionem reorum hominum.*

§. X. Nobis historiae sacrae ordinem non turbantibus, ritus II.) *Ritus* quidam religiosi, ad protevangelium spectantes, considerandi ve-religiosi, exiunt. Hi sunt sacrificia Caini & Habelis. Primos parentes prot-quibus paevangelii sensum probe intellexisse, fideque amplexos, ex docu-tet, liberos mentis insignibus probavimus. Quos omnem hanc rem suos quo-*Protoplastoque* docuisse liberos, adeoque & hos Messiae, seminis mulieris, & rum *Prot-salutis*, per eum consequendae, cognitionem haud latuisse, ex sa-evangelium cristicis eorum constat. Haec, uti statim videbimus, nequaquam intellexisse, offerri poruislent, nisi cum manifesta ad Messiam, semen mulieris, relatione, per passiones aliquando & mortem, quod ad calcaneum, conterendum. Hinc certo concludere possumus, Adamum salutarem hanc doctrinam, liberis suis, non verbis modo instillasse, verum & eos ceremonias docuisse, quarum recto usu fuam in Messiam fidem testarentur. Hoc & quosdem Judeorum magistros veteres agnoscisse, patet ex fictione cuiusdam libri secretorum, quem ajunt, Adamum a Deo accepisse; ubi inter varia & hoc recenserur, ad Adami officium pertinuisse, ut posteros erudiret de Dei cognitione & cultu, vid. Witsii Miscell. Sacr. L. I. c. 16. §. 3.

§. XI. Objectioni vero, forte Adamum, aut ejus filios, *Origo sacrificiorum* extra mandatum divinum, inventores sacrificiorum esse, hinc co-ficiorum di-rum fidem, nullum habere valorem, obviam iuri, originem vina-*sacrificiorum* divinam adserimus. Sacrificia absque divina institu-tione,

tionē, humano oborta commento, apertam ἐθελοθένσιαν spēcīm p̄rā se ferunt; quod vero cultus genus abominatur Deus, quique eapropter a spiritu S. diserte damnatur. Math. 15, 9. Col. 2, 22. 23. Non abominatur autem oblationem, sacrificium Habelis. Quodnam igitur luculentius Testimonium sacrificiorum originis divinæ? Deinde hoc patet ex sacrificiorum fine, qui non modo erat, gratum pro beneficiis acceptis animū testari, sed & cum Deo fœdus initum confirmare, Deumve, peccatis offendit, typico modo istis reconciliare. Quis putaret, si primum illum finem & homo sibi sponte proponere posset, & duos posteriores fines citra Deum, ab homine ipso constitui posse. Hic ex se ipso non novit reconciliationis modum. Symbola, Christi mortem p̄figurantia, uti mysterium continent, hominis ingenio imperium, & a Deo ipso revelatum, sic & ipsa a solo Deo instituta esse, res ipsa clamat. Hæc affīmant lineæ sacrae Ps. 25, 8. *Je-hovah docet, monstrat, peccatoribus viam.* Addere possemus adhuc rationes pro nostra veritate, ab animalium discretione antediluviana desumptas, cum vero modo idem probent, eās omīritimus. Restat autem indagare in tempus, iussu divino institutorum sacrificiorum. Ascendunt hic quidam Theologi ad aliud, supra Caini illud atque Habelis sacrificium, quod omnium primum fuerit. Erāmisi vero neque ejus mentio diserta in sacris exīstat, exstare tamen putant, unde colligi possit, jam in Paradiso illud oblatum fuisse, post verbum gratiæ in miserorum protoplastorum consolationem editum: ubi sacra refert historia, Deum fecisse Adamo & Evæ tunicas pelliceas, quibus eos amixerit Gen 3, 21. Has pelles animantibus detraets fuisse, cum sapientia divina magis sit conveniens, quam creatas, certo nobis persuademus. Pugnant autem multi fortissime, ex hoc vestitu minime fluere institutum sacrificiorum. Sed nos quærimus ex adversariis, si mælatiōnis animalium nulla subfuerit ratio alia, quam amictus primorum parentum, an satis Deo videatur decorum, creaturam suam, animalē vivam, recenter productam, perdere mox, ut ex pelle ejus exigua parte animalis tegumenta pararet, quæ utique ex alia, sine cōcēde, materia, eadem facilitate procurare poterat, lana puta, pilisque

pilisque aut villis variarum bestiarum, vel etiam arborum fructumque fibris atque lanugine. Res ergo ipsa dictare videtur, haec animantia maestata fuisse, non certe ut ipsorum caro vel sanguis humi putresceret, vel feris objiceretur, sed potius ut sacrificium ex iis fieret, ita volente Deo, quo gratiae illud fædus promulgatum, sacramento hoc addito confirmaretur, & passiones Messiae effigientur. Conveniunt haec denique cum lege, quæ existat, Levit. 7, 8. *Sacerdos, qui offert holocausti victimam, habebit pellem ejus.* Addimus fædera antiquitus, intervenientibus victimis, sancti fuisse, quale quid fæderi antiquo, prope radicem montis Sinai percusso, contigisse, optime observat Paulus Ebr. 9, 18-21. Ex his igitur prono alveo sequitur, evangelii primi manifestationi sacrificium, ab Adamo paratum, additum fuisse, Deo ipso mandante & præmonstrante, qua ratione victimam rite pararet, quo ita umbra mortis Christi, contendendi quod ad calcaneum, ipsi representaretur. Deus autem cum favoris ac gratiae demonstratione Adamo, sacerdoti pellel maestatae victimas in pignus remissionis peccatorum & reconciliacionis propter sponsionem Messiae concensit, eidemque hanc peritiam indidit, ut inde sibi & conjugi sue vestes conficeret. De sacrificio Adami atque tunicis pellicelis, præter commentatores, videri possunt Cloppenburgius *schol. sacrif.* c. 2. §. 4. 5. Braunius *de vestit. sacerd.* p. 12. it. p. 61-69. Io. Helu. Willemer, & Io. Nucherlein, quorum dissertationes repetitæ sunt thes. theol. philol. T.I. p. 105-120.

§. XII. Nunc quasi e diverticulo in viam redeuntes, pro- *Cur Habel*
pius contemplemur Caini & HAbelis sacrificia, quod ad eorum Deo placuerationem ad Protevangelium. Verba historiographi sacri sunt *rit*, & non
Gen. 4, 4. וַיְשִׁעֵן וְהִיא אֶל הַבָּל וְאֶל מְנֻחֹתָו. *Et respexit Jehovah Cain.*
ad Habelem & ejus oblationem. Verbum נָעֵש talen notat respectum, seu aspectum, qui acquiescentiam quandam ac delectationem in se complectitur, ita Ps. 119, 117. Metaphora ab iis est sumita, qui oculorum nutu ac faciei conversione, munus sibi
acce-

acceptum esse, significant, aut, si displicet, faciem avertunt, nec intueri illud dignantur. Singularis igitur hic fuit amor Dei, quo Habelem est dignatus, ac benigne ejus sacrificium acceptavit. Hanc vero Dei complacentiam ex sacrificio ipsi, ab Habele, oblatu, minime orram esse, sed potius ex quodam personae Habealis valore, ordo orationis, quem Moses observat, suadet. Dicitur enim, Deum prius respexit ad Habelem, quam ejus sacrificium. Quinam vero erat valor ille? Explicat eum Paulus Hebr. 11, 4. sc. fides, per quam justus fuit Habel. Et qui posset melius? Deus enim neque quantitatem, neque qualitatem rei oblatae estimat, qua non indiget, sed devotionem fidemque offerentis, qua ei placet. Emphatice idcirco refert Moses: respexit Deus ad Habelem, i.e. ad ejus cor, & in corde ejus fidem, deinde respexit ad munus, tali corde & fide oblatum: non vero respexit ad Cainum, ejusmodi nempe corde & fide non gaudentem, proinde nec respexit ad ejus munus. Fidem igitur in Abele extitisse maxime clarescit, sine ea enim est impossibile, placere Deo, aut grata praestare. Hebr. II, 6. Peccatorem, Numen sanctissimum, cum voluptate atque oblectamento nunquam respicere potest, nisi in Christo, & ejus quidem indutum justitia, quae justitia est fidei, per quam peccata nostra coram Deo teguntur. Cum igitur ceu talen respxit Deus Habelem & ejus sacrificium, fidem in Messiam, in protevangelio promisum, adfuisse, abunde patet.

*Quid sit
istud respi-
cere Dei.*

§. XIII. Quando autem per illud *to respicere*, Deus favorem suum Habeli declaravit, unde ipse cognoscere potuerit, sacrificium ipsi esse acceptum, contra Cainus animadvertere, munus suum minus placere, non sine ratione queritur, undenam ipsi illud innotuerit? Signo aliquo externo, in sensus incurrente, id utriusque demonstratum esse, inde apparet, quoniam illo conspecto, diversi effectus in utrisque illico sunt exorti: in Habele sine dubio acquiescentia & laetitia, in Caino indignatio & pudor, unde ab illo tempore odium in fratrem concepit, ac truculentum, de ipso perimendo, consilium secum agitare cepit. Generatim hoc Paulus innuit, dicens: *Deum testimonium præbuisse èst rois dōgois àvre*

aure super donis ipsius, Habelis sc. Hebr. II, 4. igitur externum aliquod signum adfuisse oportet, quo Deus declaravit, se sacrificium Habelis cum gratia accipere. Illud autem per ignem, cœlitus demissum, qui sacrificium Habelis incenderit, combusserit, inque cineres totum converterit, ut statuamus, multa sunt quæ suadent. Hoc partim ex formula loquendi æquipollenti, & hoc apprime spectanti, partim exemplis probari posse, reor. Notissima est illa phrasis *respondendi* in negotio sacrificiorum, ab aeo maxime usitata, qua Deus in fide offerentibus *respondisse* dicitur, h. e. sibi ea placere, testatum dedisse. Manifestus in hanc rem est locus I. Reg. 18, 24. in lite illa, inter Eliam prophetam & sacerdotes Balaam, igne cœlitus descensuro & victimas consumturo, prout inter litigantes convenerat, decidenda. *Vos invocabitis, inquit, nomen Dei vestri, & ego invocabo nomen Jehovah, eritque Deus, qui responderit igne coll.* vers. 26. Quo facto, Eliæ sacrificium igne, cœlitus ruente, conflagravit v. 38. Vbi igitur Deus ita igne respondit, cum favore ad illius holocaustum respexit. Ad hæc plena est exemplorum hujusmodi ἐπιπερισσων vetustas. Tali enim combustionē gavila fuerunt sacrificia Aaronis, Levit. 9, 24. Gideonis Jud. 6, 21. Manoë c. 13, 20. Quodsi igitur Deus frequentibus temporibus, constantissime hoc signo approbationis fuit usus, quidni dicamus, eum rerum quoque primordiis in simili περισσατε idem signum adhibere voluisse. Hinc recte omnino *Theodotio* vocem γνῶντα in loco nostro convertit, καὶ ἐπεπυρισε.

§. XIV. Sacrificia uti omnia, a sanctis oblata, Messiam pa- *Mysterium*
tientem vivis depingunt coloribus, sic & hicce sacrificii ἐπιπερισ- *eius*
sso duplex mysterium exhibere erat aptus. Ex una parte, Christum
ceu igne justitiae atque iræ divinae absumtum repræsentando,
ex altera, divini igne amoris atque zeli flagrantem. Prius quod
attinet, ubi Moses Deum, tanquam peccatorum vindicem, Israëlis
in terrorem proponit: *Cavete, inquit, nam Deus vester est ignis*
consumens, Deus Zelotes Deut. 4, 23, 24. Paulo ante enim vers.
15. Moses Israëli in memoriam revocarat, Deum in Sinai, ex me-
dio ignis, legem suam ipsis publicasse. Quid jam ignis ille sibi ve-

Fit, hic explicat. Quando igitur Habel, & sequentium temporum fideles, conspiciebant ignem cœlitus demissum, sacrificium depascensem, suo, seu reorum, loco oblatum, facile inde colligere potuerunt, quam horrendum in modum ira divina adversus peccatum exardecserat. Messiam itaque mediatorem, qui vicem nostram subserit, hujus iræ divinae ac justitiae severæ flamma, rotum confectum iri, adeo ut vis ejus velut testa exaresceret Ps. 22, 16. Ut autem ignis cœlestis non tantum ex ira comburit, sed etiam ex amore calcificat, quo respectu ignis Spiritus S. emblema est, Act. 2, 3. Sic ignis ille sacrificia non tantum comburebat, sed simul ea incendendo, grata Deo faciebat. *Levit.* 10, 1. legimus. Nadabum & Elihu igne absuntos esse, quoniam ignem peregrinum intulerant. Ignis ergo ille, Habelis sacrificium sanctificans, symbolum erat Spiritus illius æterni, per quem Christus se Deo inculpatum ob tutit, ad purificandas conscientias ab operibus mortuis, uti Paulus, ad ignem altaris alludens, loquitur *Hebr.* 9, 14. Ille enim spiritus in eo flammam amoris atque zeli pro domino Dei excitavit, quæ tandem consumitus fuit. Quæ ratio est, quare Deus sacrificium Christi tanti habuit, ut iram in humanum genus accensam posuerit, eidemque reconciliari voluerit *Luc.* 2, 14. *Rom.* 5, 9. 10. *Col.* 1, 19. 20. Hoc igitur Habelis sacrificio veritates, in protœvangelio latentes, insigpiter fuerunt illustratae, sc. reconciliacionem hominis peccatoris cum Deo fieri non posse, nisi per & propter Messiam, qui quoniam tanquam semen sanctificans, insons atque omnis peccati expers, mortem aditurus, ac igne iræ divinæ consumendus esset, inimicitiam illam inter Deum & hominem, peccatum sublatum ac pacem reductum esse, ut hinc Deus & ipsi, & quorum personam representabat, vultum serenum de novo obvertere posset.

Praestantia

§. XV. Cum itaque Deus minime ad Cainum nec ejus fidei Habelis munus respexit, non abs re erit, in valorem utriusque fiduci inquire. Cainum saltim credere videri voluisse Deum creatorem, eumque conservatorem, ex oblatione ejus munere est concludendum: Minime vero de peccati noxa, nec de modo liberationis a peccato, per

per semen mulieris, iuxta primam promissionem, cogitasse, ex eventu oblationis ejus patet. Habelem vero hæc omnia credidisse, itidem eventus docuit. Porro fides Habelis fuit salutaris Spiritus S. in animo ipsius effectus, adducens eum, ad sua quæque abneganda, totum se soli Deo tradendum, & ab ipsius gratia, quævis necessaria exspectanda. Caini vero fides, in quantum ea, veritatibus quibusdam fundamentalibus assensum præbebat, erat effectus naturæ, & in quantum illa, neglecto verbo revelationis, viam, ad Deum appropinquandi pandebat, causa fuit, ad Deum cum sacrificio accedere, vana cum persuasione, Deo illud ex opere quasi operato, placitum, in tantum effectus fuit maligni spiritus i. Joh. 3, 12. Fides denique Habelis erat viva, vi cuius actiones rectas & justas exerebat Matth. 23, 35. Caini autem modo nudus assensus, divinis quibusdam veritatibus præstitus, omnis igitur regenerationis plane expers. Deo μαρτυρῶσῃ hæc neutiquam erant abscondita, hinc nec ipsi persona ejus, nec oblatio placuit. Placuit vero Habel Deo ob hanc singularem fidem. Dicit itaque Apostolus Hebr. 11, 4. *Habalem loqui per fidem suam, etiam adhuc mortuum,* (non referimus verba di cœtus ad Syriacum, cum Syro, sed ad την, per quam loquitur, quoniam sane Theologie magis est conveniens). Sie dicti apostolici sensus erit: Habelis exemplum in hunc usque diem, nobis ad imitationem proponi, ut nempe inde discant omnes vere credentes, solam fidem nos Deo commendare, operum nostrorum dignitatem esse nullam, nisi quam ex fide & gratia Dei consequantur.

§. XVI. Ordo, quem scriptor sacer observat, nunc nos *Fides* paret ducit ad impositionem nominis Sethi. Uti jadum Adamus suam tum in ἥρῳ ostenderat fidem in nomenclatione Heya, hæc in illa Caini, sic μαρτυρεῖ ambo in nomine Sethi. Verba scriptoris sacri sunt: ותלך בְּ שֵׁם שָׁת בַּי לִי אֶלְדִים זֹרַע אַחֲרֵת הַבָּל כִּי ותקרא את שמו שת כי שת קָרָן Et peperit filium, & vocavit nomen ejus Seth: Nam posuit mihi Deus semen alterum toco Habelis, quem occidit Cain. Gen. 4, 25. Evam hic nomen impositione liquer ex verbo ותקרא. Liberorum ὄρομαθεια non solius fuit Patris, sed utrius-

utriusque parentis. Negandum tamen non est. Sæpe sèpius matres liberis suis deditæ nomina; in medium adducere possumus exempla Leæ & Rachelis, uxorum Isaaci, Hanne, matris Samue lis, item aliarum. Ex utriusque autem parentis Adami & Hevæ consensu Setho nomen impertitum fuisse, colligi potest ex Gen. 5, 3. Derivatur nomen **שֵׁת** a radice **שָׁׁתַּיְנָה** ponere, firmare, fundare, ut alii fundamenti instar substernatur, conf. Elsa. 26, 1. Inde vertunt nonnulli **fundamentum**, quippe constat, ædificiorum fundamenta **שָׁׁתַּיְנָה** apud Hebræos ab hac radice arcessi. Ps. 11, 3. Sic Sethus foret quasi fundamentum, in locum occisi Habelis substitutum, ex cuius traduce linea sancta propagaretur, & suo tempore Messias nasceretur. Hoc Heva indicat, hujus adpellationis reddit rationem: *quia posuit mibi Deus semen alterum pro Habele.* His verbis respicit utique ad Habelem, qui ad semen mulieris sanctificatum spectabat, quo de spem ingentem conceperant parentes, fore ut illud propagaret, simulque doctrinam gratiæ, ipsi traditam, ad posteros transmitteret. Sed actum videbatur de ecclesia incrementis, illo, a Caino cruenta cæde sublato. Verum enim vero, ubi jam alias, singulari Dei gratia, filius, post prioris necem nascitur, spes postliminio nova exoritur; velle clementissimum numen, in illo recens edito filio, ecclesiam restaurare suam, in quo & semine ejus ratas faceret omnes Testamenti gratiæ sua cogitationes. Hac igitur spe plena pia mater, dum filium teneris ulnis excipit, nomen Sethi ipsi imponit, fiduciam suam, propheticò quasi spiritu declarans, eum Habelis locum suppleturum, non solum lineam sanctam propagando, verum etiam ratione pietatis, caußata, *quia posuit mibi Deus semen alterum pro Habele.*

*Non Heva
in Setho
Messiam in-
tellexit.*

§. XVII. In proposito est, Hevam hunc filium suum *Semen* appellando, respicere ad promissionis verbum, atque ita simul innuit, quantam sibi salutem ex aliquo posteriorum ejus, ex quibus semen illud eximium proditurum erat, promittat, qui nempe in certamen cum serpente veteratore descensurus, eundemque omni sua potestate exuturus esset. Vox enim **יְהִי Semen** uti de pluribus,

bus, ex eadem progenie procreat, ita speciatim de unico homine usurpatur. Quo sensu Paulus promissionem Dei, Abraham factam Gen. 22, 18. *in semine ejus benedicendas omnes gentes terrae*, de uno i. e. Christo interpretatur Gal. 3, 16. Ita ergo primo sensu filium suum feminis notione denotat, ita tamen ut deinde respiciat, ad semen, q. e. hujus filii posteros, quo sensu vox רָעַ adhibetur Esa. 59, 21. e quibus per seriem quandam, hoc illustre Semen mulieris, dominor atque victor serpentis promissus nascetur, & semen posteritatis sanctæ. Adhæc notavit magnus ille, dum viveret, literarum arabicæ stator, Schultensius ad Job. 8, 19. cuius etiam sententiam sequitur cel. *Venema diss. ad sacr. Script. V. & N. T. T. I. P. I. p. 14. 15.* ἄρτος ρύ converti posse per semen nobile, imo nobilissimum. Rationem sue interpretationis repetit ex lingua arabica, in qua חָרֵר significat, nobili stirpe natus & ingenius fuit, unde חָרֵר liber, non servus, liberalibus natus parentibus, quo de videri potest Golius lex. arab. p. 590. ad quam radicem vocem ebraeam חָרֵר referre possumus, quo insigniuntur nomine, qui generosis & prælustribus orti sunt parentibus, qui etiam בְּנֵי חָרֵם dicuntur. Significarus hic vocis ἄρτος commode aptari potest illis Ps. 109, 8. *munus ejus accipiat ἄρτος* alias, melior sc. ac nobilior. In hunc sensum ubi verba accipimus, significaretur, prolem, quam enixa esset, fore nobilissimam indole ac virtute, meliorem ipso Habele, violenta morte intercepto, ut posteritatem relinquere non potuerit, quod omnino facturus esset Sethus, qui positus sit, ut persisteret, ac lineæ sanctæ propagator esset. Judæi pariter doctores mysterium aliquod in verbis Hebreorum querunt, per γένος respici ad semen, in Protevangelio nominatum, per Αράς aliud, ad ipsius ortum, ex sublimiori loco, cœlesti se oriturum esse. Ex R. Metr., B. Gabbai, qui verba ex R. Tanchuma adducit, id ipsum demonstratum dedit Rhenferdus opp. philol. p. 172. 173.

§. XVIII. Messiam spiritualem ac ecclæstem illum Sethum, *Nomen Sethi* per hunc ostrum, suo modo representari poruisse, docet conve- *Messia ipsi* nientia nominis Sethi, *Messie ipsi aptum*. *Hic in Protevangelio aptum.*

Deo patre suo *positus* est serpentis inimicus & contritor, Gen. 3, 15. Denotatur id eodem verbo, a quo nomen ΠΩ originem trahit: Ecce ΝΩΝ ponam inimicitiam. Positus porro ille dicitur *fundamentum*, uti Jesai 28, 16. ipse Deus: Ecce ego *fundamentum posui in Zion lapidem, lapidem probationis, angularem pretiosum, foundationem fundatissimum*. Idem de Christo prædicat in N. T. Petrus 1. Epist. 2, 6. ubi adhibetur verbum græcum τίς θνητον pono, unde Σετις, quod cum Hebræo ΠΩ, & inde derivato ΠΩ, apprime convenit. Sic etiam Paulus dicit: Deus eum ἐθέλει posuit heredem omnium Heb. 1, 2. uti eodem Paulo citante, Actor. 13, 47. ex Esai 49, 6. τεθέντα σε posui te, ut lux sis gentium, quem & προσδέτο, proposuit placamentum in sanguine suo. Rom. 3, 25.

*Spiritualis
præfigura-
tio.*

§. XIX. Adhæc mereretur Sethius *fundamentum* dici, vere enim nomen & omen habuit, adeo ut vel ipsum ecclesiæ *fundamentum*, a Deo positum sensu haud inepti nominari queat. Hoc enim dupli ratione fuit, partim generatione, partim prædicacione sua, siquidem non modo per se sanctus existit, seque totum virtutis studio dedidit, uti de eo depraedat Iosephus Antiq. L. I. c. 2. Cum ipse, inquit, vir optimus evasset, etiam nepotes sui similes post se reliquit. Cujus rei exemplum in filio ipsius Eno-scho est vistum. Erat ita quasi novum germen factus, & nove stirpis filiorum Dei propago. Resurgebat cum eo ecclesia, qui per Habelis mortem videbatur delera. Sub ejus ductu sacrum contra serpentis semen redintegratur bellum, & ejus prædicacioni, de fide in Messiam, tota illius temporis ecclesia fuit superstructa. Tunc enim temporis cœptum est, *invocari nomen Je-hova* Gen. 4, 26. Considerandus itaque Sethius est, ut Apostoli, qui hoc sensu *fundamentum* Ephes. 2, 20. Apoc. 21, 14. & columnæ audiunt Gal. 2, 9. non vero ratione perlone, aut meritorum suorum, sed solummodo ministerii sui, quo non tantum, Christum unicum ecclesiæ *fundamentum* prædicant, sed & ponunt tanquam *fundamentum principale*. Talem ubi suo tempore Sethius se se gessit, in illum hic titulus eo magis quadrat, cum præterea ex ipso, tanquam parente, ex posteris ejus, Mæsias, caput atque funda-

de progressu & incremento doctrinae salutaris &c. 23

fundamentum Ecclesiae primarium, quod Deus ex hoc Setho olim erat positurus, progerminaturus esset. Hinc Lucas Christi genealogiam ad Sethum, Adami filium, piorum progenitorem reddit, c. 3, 38. Ne quid dicamus, Sethum tanquam insignem typum Christi spectari posse.

§. XX. Accedimus tandem ad eventus quosdam, quibus III) Eventus singularis Dei intervenit providentia, quo mortis Christi & contus quidam, sequentis gloriae essent representamina, quibusque credentes certi ad Protoclaie perfici redderentur, quinam fructus inde ad illos redundarent, *evangelium & quid post hanc vitam expectare habentur. Horum 1) revo-spectantes.* camus mortem cruentam Habelis, 2) translationem Henochi in celum. Habelem prium fuisse, qui ex hominibus e vita fuerit erupus, statuimus. Primo enim sacer codex nullius mortem ante Habelis fecit mentionem, deinde vira tum temporis viventium erat maxime diurna, ut fere generatim dicere possimus, istam semper centum & triginta annos transcendisse. Neminem enim habemus horum numero annorum inferiorem, nisi Habelem violenta morte praeceptum. Hoc igitur supposito, cum haec cedes a Caino in fratrem patrata, vulgo illigetur anno Mundi CXXIX, prius ex vita decadentium est purandus. Sed quod vel maxime attentionem meretur, plus ille Habel, uti fidem suam, in futuram mortem seninis mulieris sacrificium cruentum offerendo, prodidit, ita etiam hujus adumbratio luculenta in ipsius morte violenta exstitit. Innocentem ipsum, & quidem pro causa Dei, mortem subiisse testatur Paulus, Ebr. 11, 4. coll. Math. 23, 35. Mors etiam temporalis interminata est, Gen. 2, 17. coll. 3, 19. cum autem causa mortis Christi omnes peccati effectus tollantur, circa mortem Habelis sua providentia Deus ita versatus est, ut in illa typus aliquis mortis Christi conspiceretur, sive credentes persuaderentur, morti vim atque aculeum suum esse admittum, ac per illam sibi aditum ad sedes celestes dari. Habel violentis manibus fratris sui Caini cecidit, Judæi fratricidæ, imaginem Caini gerentes, Christum morte afficiendum curarunt. Deus Habeli testimonium innocentiae ac justitiae dedit, Christus uti per omnem vitam

vitam sceleris purus est inventus, ita pariter Deus non una ratione innocentiam ipsius est testatus.

*Habelem ty-
pum Chriſti auxilium vocantes volumina sacra
fuiſſe, ul-
terius urge-
tur.*

§. XXI. Plane tandem accedit veritati nostra conjectura, in pum Chriſti auxilium vocantes volumina sacra Gen. 4, 10. & Hebr. 11, 4. 12, 24. Habel dicitur locurus per sanguinem suum post mortem. Hic oppositio instituitur inter sanguinem Chriſti atque Habelis, illiusque præ hujus celebratur præstantia, tanquam potiora loquentis illo Habelis. Loquitur Habel sanguis post ejus mortem, quatenus a fratre effusus postulat vindictam a Deo. Sic enim clamant istæ martyrum animæ sub altari in cœlo Apoc. 6, 9. 10. Et cum ēti adhuc loquitur, vindictam inclamat & minas omnibus, Caini viam insistentibus. Hoc ipse affirmat Christus Matth. 23, 35. sese vertens ad Judæos. Sanguis vero Chriſti a Judæis violenta etiam morte necati, potiora ipsis illis Judæis loquitur, gratiam nempe & reconciliationem, si scilicet vera fide ac penitentia ad Christum se convertant. Est igitur typus Chriſti, quem exhibet Habel, in aperto. Comparatur enim clamor sanguinis Habelis cum Chriſti. Hic quidem clamat misericordiam remissionemque omnium peccatorum, sed resipiscentibus, non resipiscentibus e contrario justitiam vindicatricem, ut Habelis. Fere nobiscum sentit Chrysostomus Homil. LXX. ἐβούτε καὶ τὸ αἷμα τὸ Αἵδη, θωσκε τὸ αἷμα Χριστοῦ, ἀλλὰ ἐκενοῦμεν θωσκε ἐπιτυγχάνον, τοῦτο δὲ θωσκε φέρον τὸ κορμόν. Clamat sanguis Habelis, clamat etiam sanguis Chriſti. At ille quidem clamat interpellans, hic vero clamat reconciliationem mundo afferens. Tandem plane eodem loco illum deprædicat Chriſti ἔνεργον γαρ τὸν αἷμαν Ἀβελ πολλὰς τὸ Χριστὸν εἰκόνας δεῖχαρεν ὡσπερ γαρ ὁ Σωτῆρ &c. Invenio enim Habelem, in multis Chriſti, imaginem recepisse. Quemadmodum enim servator eorum, qui post legem renovantur, dux & primus justus est, ita etiam veterum hominum dux iustitiae Habel est. Salvatoris sanguis totius terrarum orbis schola est &c.

*Alter even-
tus in Eno-
cho.*

§. XXII. Alter eventus nobis depingitur in Enoch, summa fide Protevangelii veritates amplectente, ita ut ex illo discamus, quinam fructus credentibus post hanc vitam maneat. Pau-

cis

de progressu & incremento doctrinae salutaris &c. 25

cis historiam Henochi Moses complexus est. Gen. 5, 22. 24. Plu-
ribus vero dilucidavit Paulus Hebr. 11, 5. tandem prophetam & munus.
quoque ejus non perituris mandavit chartis Apostolus Judas
Thaddaeus in epist. sua vers. 14. 15. Nomen ejus est נֹחַ, &
derivatur a נְחָם, μωεειν, initiare, consecrare. Denotat igitur con-
secratum, initiatum. Ad quam vero rem consecratur existimabimus? sine dubio ad obeundum munus sacrum. Hinc & varem
agit, quod Judas restatur: προεφητευσε καὶ ἐβδομάρχος ἀπό Αδάμ
Ἐνώχ, prophetavit septimus ab Adamo Enochus: dicens ecce! venit
Dominus cum sanctis millibus suis, ut ferat judicium contra omnes.
Ipsi quoque Hebraeorum magistri, Henochum pro summo habue-
runt propheta, ut adseverare nulli vereantur, in excellentio-
ri ipsum gradu suisse Mose & Elia. Imo nominant eum Me-
tatron, quo nomine alias insigniunt Angelum, qui in Codice
sacro Angelus faciei dicitur. Sic legitur in Thargum Ionathanis
de hoc Henocho, & vocatum fuit ejus nomen רְכָבָה Metatron, scriba magnus. His vero missis, non male hoc munus
convenit cum ipsis nomine. Præterea cum Henochus nobis or-
dine septimus recensetur, non est putandum, illum inter omnes
omnino homines septimum extirisse, potius septimum in Patriar-
charum linea. Sic enim reseruntur 1) Adam 2) Seth 3) Enoch,
4) Cenam 5) Mahaleel 6) Jared 7) Henocho. Judei in numero
septenario, quo Deum delectari dicunt, mysterium querunt,
talemque præterea inveniunt in Mose, septimo ab Abrahamo, &
Pineaso, primo a Jacobo, quo de videri potest Rhenferdius opp. p.
718. 723. Non alienus est ab hac observatione Augustinus de civit.
Dei l. 15. c. 10. Septimus, inquit, ab Adamo natus est Enoch, qui
interpretatur, dedicatio, sed ipse est ille translatus, qui placuit
Deo, & insigni numero in ordine generationum, quo sabbatum
consecratum est, Septimo scilicet ab Adam. Præterea verbum חֶנְךָ
dedicavit, iniciavit, de iis rebus personis, quæ ad sacrum quendam
usum destinantur, usurpatur. Ita Salomo Prov. 22, 6. חֶנְךָ In-
itia puerum pro ratione via ipsius, quo significatur, animum pueri
mature primis veritatum rudimentis imbuendum esse, quo pia
animi observantia se Deo dedit. Hoc in nostro utique obtinuit

D

Henocho,

Henoeho, qui vera Dei cognitione timoreque a parentibus imbutus, seque ipsum a perdita hominum istius ævi colluvie dissociatum, Deo tradens, *initiatuſ Dei fuit*, i. e. ei sacer & devorus, ut nempe tanquam propheta Dei, seriis exhortationibus ac sancta vita impios Cainitas ad meliorem frugem revocaret, &, si in profligata vitæ ratione absque spe ulla emendationis pergerent, terribilia Dei judicia, brevi imminentia, ipsis ob animum poneret.

Quid deno- §. XXIII. Optimum Moses Henocho tribuit encomium, *et eis am-* de eo referens, יְתַהֵּר חָנוֹק אֶת הַאֲלִילִים, ambulavit Henochus *bulatio cum cum Deo.* Judæi in sole meridiano haud raro cœcuentes, his verbiis moti, modo ipsum in Astronomum convertunt, modo infantem fingunt, alterius nutu ducendum & regendum. R. Salomo Ifacides ipsi levitatis & inconstantiae labem inurit, quorum verba producit Heideggerus hift. parr. exerc. 9. §. 3. Ejusdem furfuris est opinatio Bolduci, cuius animo quoniam forsitan rasi capite observabantur, & ne illustre exemplum institutis religiosis ex cana antiquitate deeserit, ipsum in monachum, quem appellant, transformavit. Sed ut in ineptis istis commentis discutiendis tempus perdamus, instituti nostri ratio non patitur: enarrasse sufficit. Præstat ex sacris eruere, quid sit *ambulare cum Deo.* In genere vitam alicujus, quam agit sanctam, norat, in specie, munus sanctum, quod quis obit. Priori significatu, designat idem ac *ambulare coram Deo & ejus facie*, Gen. 17, 1. 24, 40. quaenam Spiritus S. piæ, sanctæ & inculparæ vita studium exprimit. Henochus igitur in perfectiones Dei jugiter est intuitus, easque suarum actionum normam proposuit, omnem porro vitæ rationem ad legem ipsius componere annis, ad quod vi protovangelii se obstructum esse, non ignorabat. Persuasus, Deum esse sanctum, etiam ut sanctus esset, allaboravit. Lev. 11, 44-45. coll. 1Petr. 1, 15. 16. Tale sanctum institutum breviter, sed nervose complectitur Alphalus Ps. 73, 23. *Ego jugiter sum tecum, prebendiſti manum dextram meam, consilio tuo deduc me, ut postmodum in gloriam me recipias.* Qualis ambulatio cum Deo quoniam fidelibus omnibus erat communis, credimus adhuc aliquid specialius respectu Henochi

nochi denotari, quo hac in re illis præcelluisse, dici possit. Non autem vestigia Clerici premissus, illud אלהים אֶת cum Angelis interpretantis, quippe Apostolus non Angelos, diserte vero Deum indicat. Vsurpatur autem hæc phrasis aliquando de sacerdotibus & prophetis, utr. 1Sam. 2, 30. Mal. 2, 6. quibuscum ceu fidis ser-
vis Deus in apparitionibus & colloquiis familiarius conversaretur, ut opus suum in nomine ipsius apud populum peragerent. Hæc phrasis igitur per excellentiam, *sacrum aliquod munus agere*, indigitat. Hinc Henochum prophetam, & sacerdotem Dei fuisse, prædicasse verbum divinum, concludimus. Summa quoque cum fide & confitania *ambulavit cum Deo*, quod non tantum Apostolus indicat, eum per fidem ambulasse, sed et quod Philologi norant, coniugatio Hitpahel, legimus enim הַתְהַלֵּךְ significationem habet fre-
quentativam, ut secundum Glaffium Philol. Sacr. l. 3. Tract. 2.
sit interpretandum: *ambulavit continenter cum Deo*, h. e. *inquit,*
perseveranti fide & cordis integritate Deum coluit. Non igitur malitia sui seculi depravatus est, sed fide inconcessa Deum ex præscripto ejus est veneratus, eumque ducem sécurus, vid. Hebr. 11,
5. Ecclesiast. 44, 16.

§. XXIV. Talis igitur cum esset Henochus, pergit Mo *Raptus* Ho-
ses de eo referre, כי לְמַחָר אֲנִינוּ וְאַיִן נוּ כִּי non amplius nochi.
ille, quia sumpsit eum Deus. Ex hac relatione multi Judæorum col-
ligunt, Henochum mortuum esse, partim quia hæc loquendi formula de alicujus morte adhiberi solet, uti Ps. 37, 36. ubi
mortem impii descripturus, *præterit*, inquit, & ecce, נִנְנָנוּ non
amplius ille, deinde sequens verbum נִקְרָא de iis quoque sumi-
tur, qui per mortem e terra viventium abripiuntur Ezech.
24, 16. 18. 1Reg. 19, 4. & Jon. 4, 3. Sed diversæ rationes
prohibent, quo minus huic sententiae subscribamus. Si 1) sacer-
dix voluisset mortem Henochi indicare, iisdem usus fuisset
phrasibus, quibus de omnium superiorum patriarcharum morte,
De quovis enim horum diserte dicit, וַיָּמֹת fuisse mortuum. Hu-
jus igitur immutatione phraseos, aliud singulare Henocho evenisse
procul

procul dubio denotare voluit. 2) Hæc verba pro nexus cum antecedentibus, spectantur tanquam consequens ambulationis ejus cum Deo, ac eximium præmium ejusdem sanctitatis, quale vero in morte eeu peccati stipendio minime reperitur, apertissime autem si cum Moſe confitemur: ille non amplius repertus fuit in terra, quoniam abstulit eum Deus. 3) Ipſe Paulus expressis verbis testatur, Henochum non vidisse mortem. Hinc securi interpretamur loquendi formulam אֵין נֶבֶת, non de morte, sed potius de absentia. Sic adhibetur de eo, qui non amplius existit, neque conficitur inter homines hoc vel illo in loco. Exemplum habemus in Simeone, qui obſes in Ægypto erat relictus, Simeon אֵין נֶבֶת non est, vel non adeſt. Gen. 42. 36. Deus, ubi in gratia sua se homini non videndum præberet, dicitur וְאֵין נֶבֶת non ille, Job. 23. 8. Existit itaque adhuc certissime Henochus, sed non inter homines, eujus & ratio addirur, כי לך אחות אלהים quia adsumſit cum Deus. Verbum adhibetur etiam ſep̄ de translatione viventis in statum ecclæſtem. Liquido hoc evincitur, non modo in genere, ex ejus uſu communi, uti Ps. 18. 17. 49. 16. 73. 24. ſed & in ſpecie de Elia in celos aſſumpto 2Reg. 2. 3. 5. 9. & 10. ubi verbum לך quater repetitur. Ex his jam rationibus, cumpromis ex uſu verbi לך colligimus, hic non agi de morte corporis Henochi, ſed ejus vivi in celum translatione. Ubi autem negamus mortem Henicho ſuperveniſſe, non excludimus mutationem paulo ante ejus translationem. Alias contradiceremus axiomati Paulino: mortem eſſe peccati abolitionem, carnemque & ſanguinem regnum Dei hereditario jure adire non poſſe. 1Cor. 15. 50. Statuimus igitur, aliquid morti ſimile Henicho eveniſſe, ſelicer quale quid illis obtringer, quos dies ultimus ſuperſlites inveniet, exuendo corruptibilem naturam: que ipſa illa caro & ſanguis eſt, quam Paulus a regno Dei excludit 1Cor. 15. 51. 53. 54. Quod & jam per transennam adſpexiſſe videntur R. Menachem & Zohar in Gen. 5. Aſſumtrum fuſſe Henochum, veluti Eliam poſtea, in turbine, eumque exutum corporali ſuo habitaculo, ac ſuperindutum caeleſti.

§. XXV.

§. XXV. Omnibus ex hisce, certissimam fidem atque *Scopus & spem*, primorum concludimus patrum, quam de vita æterna *Ia-^{us} illius buerunt*. Non enim tantum bonis temporalibus illos replevit Deus, *assumptionis*. sed etiam hac in vita justificavit, sanctificavit, & post hoc vita curriculum gloriae participes fecit æternæ. Ratio est in aperto. Erant credentes in semen mulieris promissum, cuius virtute patens in cœlum via ipsis recludenda erat. Hanc maxime salutarem veritatem, Numen divinum ipsis extra omnem dubitationis aleam ponit, Henochum palam de terra in sedem cœlestem rapiendo. Tale exemplum ut ederetur illa tempestate, qua impietas & securitas carnalis maxime invalescet, erat necessarium, quo singuli cognoscerent, pios arque sanctos deo esse curæ, speciatim credentes in semen mulieris intelligenter, quid per peccatum esset amisum, quidque per promissum sospitatorem exspectare possint, quæ nitide complectitur *Heideggerus* in hist. patriarch. Exercit. IX. §. 13. Sed alios præter ea fines hujus mirandi φαροφερε indicare possumus. Ipso illo omnes tum temporis Patres de immortalitate animæ convincebantur, quamobrem *Tertullianus* de resurrectione carnis c. 58. Henochum *candidatum immortalitatis* nominat. Porro docebantur, corpus ipsorum mortuum, inque cineres redactum, & quidem idem numero excitatum ac ad æternam vitam revocatum iri. Eodem enim corpore, quod in mortalitate hac circumulit Henochus, translatus est in cœlum, sed pars est ratio omnium fidelium. Denique Deus significavit, nulli fidelium cœlum clausum esse, & jam tum ita adaptatum, ut eos quod ad corpus, & quod ad animam recipere valeret. Hoc uti per omnia Ecclesiæ tempora constare debebat, sic jam sub promissione, non obstante peccati reatu, actu nondum expiato, assumptus Henochus, Eliam deinceps sub lege, Christum denique sub Evangelio. Omnibus itaque Oeconomiaæ gratiæ temporibus, & quidem tempore aptissimo, quando nempe impietas hæresesque prævalebant, fidem futuræ vitæ vel negantes vel quassantes, documentum insigne momentosissimæ hujus veritatis est datum. Henochi enim tempore universalis religionis omnis contremutus, securitas carnalis, & libido, quidvis impune faciendi, in orbe regnavit. Eliæ, idolatria in Israele grassabatur.

tur. Christi vero ætate supersticio & studium propriam quærendi justitiam summas fere vires ceperat, alii cum sadducæis, resurrectionem carnis & vitam æternam negantibus, fundamenta omnis religionis subvertabant.

*Cbristi per
Henochum
præfigura-
tio.*

§. XXVI. Denique hac ipsa Henochi translatione, Deus sapientissime Christi futuram in cælum assumptionem præfigurare voluit. Quemadmodum Habel occisus insignis Christi exinaniti typus exstitit. Sic Henochus assumptus illius exaltati præcellentissima apparet figura. Inter typum & antitypum maxima intercedit analogia, ratione nominis, muneris, conversationis & assumptionis præcipue. Facile ea, quæ jamdum de Henocho asseruimus, ad Christum applicari possunt, ubi via sensus typici erit monstrata. Nolumus autem haec ita accipi, ac si nullum inter utrumque disserim intercesserit. Duo tantum notamus, ex quibus differentia apparet. Henochus nulla sua virtute, ast Dei potentia, solitusque Christi merito, Christus autem propria ascendit potentia, & jure duplice, quod habuit cum ut Deus, tum ut Mediator, cælum, tanquam suum occupavit. De solo Christo igitur, non de Henocho verum est, quod ipse doctor veritatis pronunciat Joh. 3, 13. Nullus ascendit in cælum, sua scilicet potentia & jure, quam qui descendit e cælo, filius hominis, qui est in cælis. Deinde assumptus fuit Henochus, non gustata morte, utpote cuius mors ad satisfactionem pro peccatis non requirebatur. Christus vero ascendit morte prius obita & superata, que ut interveniret, necesse erat ad redemptionem earum transgressorum, que fuerant sub priori Testamento: & ita, purificatione peccatorum per se ipsum facta, demum consedit ad dextram Majestatis Dei in excelsissimis, ut ita quoque, qui vocati erant, promissam hereditatem æternam acciperent. Hebr. 1, 3. 9, 15. Qui plura hue spectantia cognoscere satagit, audeat B. Snabelii diss. de Henocho typo Christi, amoenit. theolog. emblem. & typ. p. 150. seqq.

*Panticinum
Lamechii.*

§. XXVII. His exantatis, prope metam versamur, superest appellatio Noachi, ejusdemque ratio. Verba Mosis in hunc

hunc sunt concepta modum, נח לאנדר זיה יתרכזנו ויכאץ אשר אררה יהוה
ויקרא את שמו נח ממעשינו ומעצבון דינו ויכאץ Et vocavit nomen
ejus Noah, dicendo, ille consolabitur nos ab opere nostro, & a
dolore manuum nostrarum, a terra cui maledixit Dominus. La-
mecho Gen. 5, 20. Methuschelachi filio, haec nominis impositio
tribuitur, non illi, cuius mentio fit Gen. 4, 18. qui error fuit
Chrysostomi Homil. 21, in Gen. Apellat autem Lamechus hunc
filium suum נח Noah. Ratio, quam addidit, hujus appellatio-
nis nos jubet nomen hoc derivare a radice נח consolari, &
non נוח quiescere. Ad obiectiones, quae proferuntur loco
nostrum respondeat R. Bochart in h. l. מה שקרא את שמו
נח היה לו לקרא המנהם וכל מה שקרא את שמו Et quomodo vocat nomen ejus
Noach, cum debuisse vocare Menachem, secundum sensum verborum,
hic consolabitur nos. Sed ut recte interpretemur, absorbetur
ה Nam secundum consuetudinem scripturarum frequenter nomina
abbreviantur, uti 1 Sam. 1, 20. שׁמואל Samuel, a
מַלְךָ postulatus a Deo. Quando igitur prisci Patres, quod
in superioribus monuimus, nomina significativa liberis suis dede-
runt, factum aliquod, vel beneficium, vel quod ipse ille ita
nominatus, peracturus, recepturus erat, vel humanum ge-
nus ab eo exspectandum habebat, expressuri: idem de hoc no-
mine jure affirmare possumus. Hinc Lamechum, a filio suo ita
nuncupato, singulare quid ac insolitum exspectasse, est
certum.

§. XXVIII. Evoluturi specialem hujus denominationis In quo con-
emphasim, videamus, Judaeos pariter ac Christianos quosdam in sicut hæc
varia abire. Sonniant corporalia, singunt Lamechum, spiritu consolatio,
propheticō prævidisse, fore, ut hic filius suus recens editus, in-
strumenta fabrilia inveniret, quorum beneficio agricultura fa-
cilior redderetur. Vid. Kipping. Antiq. Rom. I. I. c. 5. & Sam.
Bochart. Phaleg. I. I. c. I. Verum satis constat, arandi artem
jamdu[m] ante Noachum fuisse excogitata[m], quod de Caino
me-

memoratur. Gen. 4, 2. Quo de *Josephus*, Γνω τε αργεντοντες πρωτος, terram quoque primus arare excogitavit, Antiq. l. 1. c. 3. imo Tubal-Cainus primus fertur, qui artem tractandi & poliendi ferrum, itemque as calluerit. Gen. 4, 22. In nugarum etiam locum reponimus eorum opiniones; Lamechum ideo de filio sibi nato exultasse, quoniam sibi in senectute, in terra cultu, aliquaque virtue occupationibus opem sit latus, aut vini usum inventurus, carnisque comedendae jus acquisitus. Ineptæ haec hariolationes, fide piorum prisconrum, in promissum semen mulieris, non sunt dignæ, nec satisfaciunt verbis sacri scriptoris. Statiuimus igitur, Lamechum quasiisse consolationem, quæ potius animam, quam corpus respiceret. Cujus consolationis adducendæ, nec non maledictionis, quæ ob sistebat, auferendæ, unica causa foret Messias, promissum istud ab initio semen mulieris. In eo enim Deus omnis consolationis auctor, expressis Pauli prædicatur verbis Rom. 15, 5. 2Cor. 1, 3. Omnes molestiæ, quas perpetuus fuit Lamechus, fuerunt effecta peccati, & maledictionis terræ. In sudore enim vultus, panis, mane surgendo, & sero continuando, erat edendus, ut Ps. 127, 2. & ut Jobus observat c. 7, l. 2. homini militiam esse in terra, ejusque dies esse mercenarii, sicut servus adspirat umbram, & mercenarius exspectat, quo opus absolverit. Omnino itaque erat homini suspirandum, ad redemtionem corporis, & plenam filiorum Dei liberationem. Rom. 8, 21, 23. Talem consolationem unice optabat Lamechus. Credidit igitur & illam reperire in filio nato, qui maxime Protevangelium, in quo omnis illorum spes, confirmaret, & tanquam novum germen, oriundi seminis promissi, seu futuri Messiae foret. Hujus igitur voti speique certissimæ monumentum Lamechus in filii sui nomine extare voluit. Ille consolabitur nos. &c.

§. XXIX. Nec desunt Theologi gravissimi, putantes, La-
mechum, hac denominatione declarasse, hunc suum filium esse
Messiam. Seculo enim isto, quo omnia indies magis magisque
in pejus ruerunt, neque amplius Dei longanimitas indultura pec-
catis est visa, patres latum Messiae adventum maxime expedita-
se, & hoc posito, apud singulas quasque nativitates istum fuisse
præstolatos. Sic enim Munsterus: *imposuerunt ei queris nomen,*
quia sperabant futurum, ut per eum liberatio a maledictionibus pec-
cati contingere. Tandem hoc concludunt ex pronomine demon-
strativo **הוּא**, *bic ipse*, quo manifeste designetur persona, **וְרָכַנּוּ**. **הוּא**
bic ipse nos consolabitur. Plane autem hec non valent. Plures
occurrunt ejusmodi expressiones, ubi persona, in specie designata,
talia adscribuntur prædicta, que in ipsa tamen nequitam obti-
nent, sed in alia, cuius vel pater est, vel typum gerit. Tali mo-
do pollicetur Deus Abrahamo Gen. 12, 3. *In te benedicentur omnes*
familia terre, quid ramen Abrahamo non obtigit, sed ejus se-
mini, Messiae, ipso Deo interprete. Gen. 22, 18. Item 2. Sam. 7.
14. de Salomone Deus dicit: *Ego ero illi pater.* **וְהִי** & ille, quod
a nostro **הוּא** non adeo discrepat, *mibi erit filius.* Erat autem hic
הוּא ille non Salomo, Davidis filius, sed Messias, Dei filius, ex
Salomonis posteritate oriundus: ita pariter verus ille consolator
Noachi prosapia, quod ad Carnem, præstituto tempore prodiiturus
erat. Hic enim tantum maledictionem ob peccatum contractam,
aufferre potuit, Lamechumque consolari, quod a mero homine
expectari nequit. Optime & hoc patres illius temporis fideles ex
Protevangelio sciverunt, redemptorem futurum lemen mulieris, &
non maris ex muliere, cuius generis tamen hic erat filius. Magis
autem veritati consentaneum viderit: Lamechum ita suum vocasse
filium, non quod ipse esset consolatorius, sed futurus Messia con-
solaturi typus. Sic Messias ipse loquens introducitur, Esa. 51, 12.
Ego הוּא מְנֻחָמָךְ **הוּא** *ille consolator uester*, dudum vobis promissus.
Quod si igitur Noachus fuit typus Christi, in Noacho utique ali-
quid esse debuit, quo Christum, licet sensu longe ampliori ac ex-
cellenter representavit, & quidem illum effigieavit 1) tanquam

*Typus Chri-
sti.*

E pro-

34 *Dissertatio Theologico-Philologica &c.*

propheta, predicando iustitiam 2. Petr. 2, 3. praedicandam olim et iam ab ipso Messia, ad consolandos lugentes Ps. 40, 10. Esa. 61, 2. in qua unica & vera consolatio peccatoris resipiscientis constituit. 2) Ut sacerdos, suis apud Deum pro mundo isthoc impio intercessoribus efficiens, ut saltim ei Deus ad tempus, pro sua longanimitate, parceret: aut si punire illum decrevisset, non tamen totum genus humanum, propter Messiae sacrificium perditum veller. Uti & post ex diluvio servatus, oblato sacrificio, favorem Dei sibi conciliavit, & id obtinuit, ut promissum errum dederit de non futura amplius universali eluvione, ac omnis generis bonis, & spiritualibus & corporalibus humano generi elargiendis. Gen. 8, 20. seqq. 9, 11. seqq. 3) Ut Rex, liberationem illam, per intercessiones, iustitia Messiae fultas, a Deo, mundo priori efflagitata, applicando eidem & exsequendo extirpatione areæ, in qua, quæ ecclesia est typus, & ipsam servavit ecclesiam, suosque qui novo mortalium generi ortum darent, ex quo suos vocaret Deus. Umbram iraque hic habemus, trium istorum Messiae munierum, ut exinde affirmare quæamus, Lamechum sapienter typo huic præclaro, antitypi nomen imposuisse.

Conclusio.

§. XXX. Vela tandem contrahentes, ex hisce, quæ protulimus, certo concludimus, cum tantam consolationem a Christo, Semine mulieris promiso, spe lætissima expectavit Lamechus, quod hæ ipsa declaratione, occasione nati Noachi facta, aperte significavit, Idem ipsis, ut & reliquorum illius avi piorum protevangelio innixam, tuisse firmissimam. Simul apparet revelationem nova usque incrementa cepisse. Protevangelium enim, si promulgatum nota fuisset, nulla signa fuissent fidei edita, nulla sacrificia essent allata, nullæ præfigurations, nec exspectationes futuri Messiae existivissent. Hoc pede si pergere liceret, possemus ex sequentium temporum oraculis, eveniibus, typis, symbolis atque sacramentis demonstrare, quibus gradibus ad exhibitum Christum usque revelatio divina fuerit provecta. Sed hic labor non est civis academicus. Quare ubi metam, quam nobis potueramus, attigimus, pedem figimus, Deo immortali pro viribus concessis gratias agentes humillimas. Interim optamus, ut hic qualisunque labor noster, specimen industriae nostræ, letores benevolos aequosque judices nanciscatur.

F I N I S

EXIMO AC DOCTISSIMO
DISSERTATIONIS
A V C T O R I
S. P. D.
P R A E S E S.

Cum animus *TIBI* esset, præstantissime AVCTOR, ante discessum *TVVÆ* ex Fridericana nostra specimen quoddam ingenii, industria ac doctrinæ edere, idemque illud publico eruditorum examini submittere: tale selegisti argumentum, quod summi momenti veritates complectitur, quodque ita comparatum est, in quo explanando vires ingenii ac eruditio*nis TVÆ* pandere posse. Ponis, Jesum Christum esse unicum fundamentum omnis salutis no*nstræ*, qui proinde post flebilem illam in peccatum prolapsionem primis nostris parentibus in ipsorum & posterorum solatiu*m* manifestari debuerit. Ostendis, factum id fuisse oraculo, ab ipso Deo in paradise manifestato, in quo tanquam centro aliquo veritates religionis reuelatae principes contineantur, queque ab ipsis, & illorum posteris, quantum satis erat ad salutem, fuerint intellectæ, cum tempore, occasione ita ferente, evolutæ, illustratæ, ampliatæ. Hunc in finem totum illud interuallum, quod ab Adamo, in gratiam recepto, ad Noachium usque fluxit, *TVIS* cogitationibus percurris*t*, & quantum incrementi reuelatio extraordinaria per illam tempestatem coperit, breuiiter quidem, sed tamen accurate & nero*nose* demonstrasti. Hoc dum agis, doctissime SEIDELI, tacite obuiam procedis conatus illorum, qui reuelationi preiudicium inde creare admittuntur: si illa homini peccatori adeo necessaria foret, Deum pro bonitate ac sapientia sua integrum illius compagem, omnem veritatem ad salutem scitu*m* ac creditu*m* necessiarum ambitum manifestare debuisse. Ratiocinatum ponderis aliquid haberet, si enīcī posset, veritates primarias ac necessarias

cessarias in primo euangelio vel non baberi, vel ita obscurare proponi,
ut a primis mortalibus intelligi haut potuerint. Prius evolutione
veritatum, in illo deliteſcentium, refellitur, posterius reclamat expe-
riente: ex historia quippe patriarcharum satis adparet, primam illa-
mar promissionem, cognitam perspectam habuisse. Ut primarias illas
veritates intelligerent, erat necesse, ut illarum speciales determina-
tiones, ratione modorum atque ~~requisitorum~~, exploratas haberent, non
et que necessarium erat, progressu denum temporis magis atque magis
declarandas. Satis fuit, veritates ipsas firmo adſensu amplecti, eas-
demque vita exercitio in uſum traducere. Quare id dien-
dum est, tantum pro bonitate & sapientia illis impertuisse Deum,
quantum ad fidem ac spem illorum fulciendam, ad salutem eternam
consequendam pro temporis ratione sufficiebat. Et quis, queso, gra-
duum cognitionis necessarie determinabit? Quis definiet, quantam lu-
cem Spiritus sanctus in illorum animis accenderit? Ne quid dicamus,
crebrioribus ipsis revelationibus optimum Numen fruiſſe dignatos. Ac-
cedit, Deum pro sua sapientia aduentum filii sui in hunc orbem no-
strum in serius reieciſſe tempus. Qui si statim a lapsu comparuiſſet,
opusque, a patre demandatum, consummaſſet, integrum veritatum
salutarium ſyſtema formari debuiſſet. Sed enim quoniam ingenti
buic molitioni tempora nondum erant adcommoda, sapientia diuinæ
est uifum, alias itemque alias veritates cum tempore manifestare, pri-
ores iterare, confirmare, amplificare. Characteres Meſſie in typis ae
verbo prophetico erant delineandi, Iudei de neceſſitate aduentus illius
conuincendi, illorumque deſiderium incendendum, gentes ad ipius re-
ceptionem preparandæ. Injici hæc ediffiri poſſent, ſed memor illius,
cuius ergo ſcriptionem banc iuſtitui, filium abrumpo, TIBIque, exi-
mie RESPONDENS AVCTOR, de labore hoc, qui TIBI
ſoli debetur, feliciter exantato, ac ſtadio academico multo cum fru-
tu ac laude decurso, ex animo gratulor. Ex ſpeciminiibus ingenii
ac doctrine, quaꝝ multoties & priuatim & publice nobis exhibuſſi,
non ſuſpicor ac coniecto, ſed certissime confido, in propagatione
dissertationis TVÆ, TE meo auxilio non magnopere opus habitu-
rum

rum esse. Excita vterius egregias illas dotes, quas propitius Deus
larga manu in TE contulit, perge in Scientiarum, speciatim discipline
sanctoris, ad tua TE immittere, iuste, quod abhuc fecisti, doctrinae vir-
tutem ac pietatem. Quod ubi feceris, dubium est nullum, quin ciuitati
christiane amplissimum olim fructum sis adlaturus. Ad quod prolixam
Dei gratiam & ductum Spiritus ipsius sancti ex optimo animo TIBI ad-
precor. Memoria TVI vti semper mibi erit grata, ita majorem in
modum abs TE contendeo, ut etiam absens mei sis memor. Vale
etiam atque etiam, ac res TVAS feliciter age! Scribeb. Hale
Magdeb. ad d. XVI. Septembr. A. C. cIɔ Iɔ cc LII.

RESPONDENTI AVCTORI DOCTISSIMO

S. D. P.

I. S. L I N D I N G E R
RECT. GYMN. HAL. OPP.

Ex quo mihi dotes animi Tu*e* singulares innotuerunt, Te non
solum diligere, sed amare occoepi. Contigit enim Tibi exi-
mia ingenii vis, ut ad cogitandum sis acutus, & ad expli-
candum uberrimus. Ideo non possum, quin fatear, me progressus
Tuos non mediocres, in omni doctrinarum genere factos, esse sem-
per demiratum. Iamque Tibi gratulor felicem studii academicici de-
cursum, gratulor Tibi doctrinac theologiacae specimen haud vulga-
ria. Quod nunc exhibes, est sane argumentum, fateor, grauissi-
mum, sed tali quoque, ut mea fert opinio, opus erat, ad Tuas
vires exercendas, cuius penitus inquisitio laudem meretur maxi-
mam. Tu rem non modo bene peregisti, sed quoque dissertationis
pūius, abs Te conscripte, ea profecto dos est, vt sepius licet lecta, mi-
hi tamen legendi nunquam adserat sarietatem. Quæ inuoluta vi-
debantur, ea tam ingeniose, tamque scienter enodasti, vt dubitari
fere queat, soliditatisne an perspicuitatis plus in eleganti hoc scripto

reperiatur. Ea, quae afferis, multorum aciem eo facilius effugient; quoniam paucissimis est datum, ex omnibus sese expedire erroribus, qui in hac materia oriri solent. Crebrius prosceluum fecisti periculum more ingeniorum crecliorum, quæ non sibi tantum discunt, sed quæ norunt, cum aliis communicant, opesque suas in aliorum usum publice effundunt. Et cum nihil ferre sit, quod sautorum gratiam hodie tam alliciat, quam studia, quæ ab humanitate nomen accepere, Tu quoque tantum iis impendisti opera, quantum in eorum cultura ad felicitatem promouendam positum est momentum. Perge, amice optime! quæ animi contentionem in elegantiores litteras adhuc incubuisti, eodem mentis fervore iis operari, ut laudem profundiore diuinarum rerum scientia partam mirifice augeas. Berolini occasionem ingenii dotes explicandi reperies amplissimam. Copiosus virtutes Tuae essent commemoranda, at omnibus Tuis ornamenti percensendis par ego non sum. Quare sufficiat mibi, dum iam in eo es, ut abitum mediteris, Te voto prosequi. Omnia Tibi, onultos eruditio[n]is thesauros ex academia in patriam reportanti, ad sententiam suuant. Nullus omnino dubito, quin ecclesia, reique literaria, emolumento ac decori olim sis futurus. Vale. Dab. Hale. Magd. ad d. XIII. Sept. 1752.

V I R O
IVVENI EXIMIO AC DOCTISSIMO
DISSERTATIONIS AVCTORI
S. D. P.
IOANNES HENRICVS ELS
SERVESTA-ANHALTINVS
S. S. THEOL. CVLTOR. OPP. ORD.

A b eo momento, quo TVI noscendi & in amicitiam TVAM penitus penetrandi mihi copia facta est, placuit in TE, AMICE CARISSIME, suauitas sermonum atque morum, haud mediocre condimentum amicitiae, excellens ad litteras ingenium, gnaui-

gnauiter cultum, mens eximie animata. Sperabam inde, fore, ut
fructus ex conuersatione TVA in me redundaret, isque uberrimus.
Nee vana me sses lactauit. TV quidem litteris, quas vocant, hu-
manioribus operam dedisti assidue, & in philosophia & rerum di-
uinarum scientia, tanta industria et versatus, quanta illa esse, quum
summa est, solet. Amicis tamen aliquid temporis concessisti, cum
illis TVAS obseruationes meditationesque, id quod admodum est in-
cundum, communicando. Quot & quanta eruditionis TVAE
haud vulgaris in sermonibus cum amicis, saepius abs TE institutis,
edideris documenta, haec & alia plura sciens prudensque, ne lon-
gior sim, praetereo. Atque quid multa? varia enim ingenii TV
monumenta, carmina hinc inde in lucem edita, non minus quam scri-
ptum TVVM multa eruditione resertum, quod iam publico eru-
ditorum scrutinio subiicit, praeclaram TVAM in diuinioribus
pariter ac humanioribus scientiis cognitionem satis iam loquuntur.
Cum vero TE, AMICE CARISSIME, in scenam disputa-
toriam prodeuntem, faustis ubique acclamationibus omnes fere bo-
ni prosequantur: non possum profecto, quin laetus amicis, amico
applaudentibus, me adiungam, TIBI que sincerissimos mentis meae
affectus his litteris interpretibus gratulando testificer. Gratulor
igitur, TIBI, AMICE SVAVISSIME! nouum hocco egre-
gium eruditionis TVAE haud vulgaris specimen; gratulor pa-
riac tam strenuum ac indefessum musarum cultorem; gratulor in-
primis parentibus TVIS dilectissimi filium, omni doctrinae virtu-
tisque laude ornatissimum. Quod reliquum est, ex intimis cordis
mei recessibus amicorum votis meum addo votum. Diuina prou-
identia, quas TIBI largita est, insignes ingenii ac animi dotes,
continuo conseruet, nouaque idemtidem sufficiat, laboribus TVIS
sequentibus benignissime adspiret, quo cedant vergantque in eccl-
esiae reique litterariae insigne monumentum, resque TVAS omnes
ex voto fluere iubeat. Sic vale! AMICE CARISSIME, vale!
mibique faue! Dab. Halae Magdeb. die V. Iduum Septembri
ecl 10 CC LIL

AVCTO.

AVCTORI
HVIUS DISSERTATIONIS
DOCTISSIMO,
AMICO CANDIDISSIMO

S. P. D.

WILHELMVS HERMANNVS BEAUV AIS,
HALLENS. OPPON.

En! litteras licet brevibus conceptas, optimam tamen tesseram Amici TE perdiligentis. Non eas paucis concipio, ob penuriam de TE prædicandarum virtutum, non ob dotes TVI ingenii excellentissimas, non ob eruditionis TVÆ thesaurum acquistum, non satis vulgarum, non ob amicitie TVÆ valorem, me non satis connoventem. Plane non amicorum meorum optime! Tanta in TVAM laudem effundere habeo, quæ, litteræ, & si essent copiosissimæ, vix complecterentur. Quot quantaque sunt, quæ TVAM, haud vulgarem, indefessa diligentia comparatam eruditionem prodiderunt? Quoties illius specimina doctissima, in scholis nostris a TE edita, admirabundas habui. Vbi TE deprehendi, nisi integrum vite scelerisque purum? Quale gaudium ex TVA conversione persenserim, verbis exprimere vix possum! Haec omnia, TVAM non offensurus modestiam, silens prætereo. Existimabis forte me copiosorem, in spargendis TIBI acclamatiōnibus, quibus dies hodiernus abundat. Essem copiosus, multa scriberem lata, multis gratulationes declararem verbis, nisi latitiae mesititia se comitem adiungeret. Dum TE cathedram conscedentem, victoriae reportande certum, latus aspicio, simul fortē meam doleo, TE paucis abhinc diebus, meis amplexibus erectum iri. Sed ne nimium his inhæream, quæ mentem turbant, id agam, quod amicitia ratio & ius postulat. Gratulor TIBI stadium academicum faustis avibus emensum. Gratulor honorem, qui ex disserta-
tione,

sione, eruditè elucubrata, ad TE redibit. Gratulor & mibi, chi
locum aliquem inter TVOS amicos concessisti, enixe rogitanis, ne
mei umquam obliviscaris. TIBI absenti fausta omnia ac fortuna-
ta apprecoabor, vsque dum illa dies illucescat, qua in TVOS am-
plexus de nouo ruere licebit. Vale mithique fave! Scribeb. Hale
Salica d. 13. Sept. 1752.

MONSIEUR,

Entre toutes les folies, dont l'homme est capable, il n'y en a
pas de plus grande, que celle d'employer mal le tems, qui
lui est assigné, pour jeter les fondemens de son bonheur.
Perdre ces momens, c'est perdre toute la fortune, & se livrer soi-
même à l'indigence & à la honte, qui marchent à la suite de l'oisive-
té & de la débauche. Cependant il n'y a rien de plus commun,
que de voir dans les Universités dejeunes gens, qui négligent les
jours de leur printems, ou ils devoient semer, pour en récuerillir
les fruits dans la suite de leur vie. Au contraire il n'y en a que
fort peu, qui par une conduite sage, & une application sérieuse
aux érudes savent mettre à profit les momens, qui ne sont d'ordi-
naire que trop courts, & dont néanmoins dependent uniquement
notre bonheur ou malheur. Plus le nombre de ceux ci est perit;
plus je me réjouis, Monsieur, de pouvoir Vous y comter. Vous
avés fini la carriere, que nous avons a fournir à l'Université d'une
maniere, que Vous ne regretterés jamais. C'est que Vous y avés
pris pour guide la Sageſſe, qui après, Vous avoir fermé l'oreille
à la voix seduisante des Sirenes, Vous a mene par travers ces écueils,
ou la felicité de la plupart fait naufrage, au Temple des Muses.
Vous Vous êtes leur consacré, & elles se sont empressées à leur
tour d'orner Votre esprit de la connoissance de la verité, & d'in-
spirer à Votre coeur les sentiments de la Vertu. L'heureux succès,
dont leurs soins ont été accompagnés, éclate suffisamment dans la
Production que Vous allés donner au Public. Je suis sûr, qu'elle
sera goutée de tous les Juges competens. Votre éloge volera de
bouche en bouche parmi les savans, & il me semble, que je vois
deja

deja la palme de l'honneur dans *Votre* main. Mais dans ce moment je me souviens, que *Vous* fuës les louanges, quoique *Vous* tachiés bien de les meriter. Je cesserai ainsi de faire le Panegyrique de *Vos* talens; & *Vous*, Monsieur, devés juger par là, combien je *Vous* estime. J'aime mieux de blesser les loix de la Justice, qui veulent, qu'on ne passe pas sous silence les éloges dûs au vrai merite, que d'entreprendre une chose, qui pourroit *Vous* déplaire. Je me borne donc à *Vous* protester, Monsieur, que je prens beaucoup de part à la gloire, que *Vous* allés récueillir de *Vos* travaux, & que j'adresse à la Providence des voeux pour *Votre* prosperité, qui sont bien au dela de toute expression. *Vous* ne sauriés en douter, sans me faire injustice. *Vous* me connoissés depuis plusieurs années, & le frequent commerce, que nous avons eu ensemble, ces momens, qui ne sont écoulés que trop vite, & dont le souvenir me sera toujours très précieux, doivent *Vous* avoir appris, que je ne dis jamais, que ce que je pense, & qu'il n'y a personne, qui *Vous* aime avec plus de sincérité & de tendresse, que moi, ni qui soit de meilleur cœur.

MONSIEUR,

à Halle
ce 11. Août
1752.

Notre très-humble & très-obéissant serviteur

B. L. SCHWECHTEN,
Opposant.



Fc 322





43
22 au

DISSE^TAT^O THEOLOGICO - PHILOLOGICA
DE
**PROGRESSV ET INCREMENTO
DOCTRINAE SALVTARIS
INDE A PROT-EVANGELIO
VSQVE AD NOACHVM.**

QVAM
DIVINA ANNVENTE GRATIA
PRAESIDE
VIRO SVMME VENERANDO AMPLISSIMO DOCTISSIMO
IOANNE GEORGIO MICHAELIS
THEOL. PROF. PVBL. ORDINARIO AC ILLVSTR. GYMN. REG.
REFORM. EPHORO
PRAECEPTORE AC FAVTORE
OMNI PIETATE AD VRNAM VSQVE COLEND^O
AD DIEM XXVIII. SEPTEMBRIS MDCCCLIT.
HORA X. MATVT. IN ILLVSTR. GYMNASII AVDITORIO
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI EXPO^NIT
AVCTOR DEFENSVRVS w.
AVGVSTVS SIGISMVNDS SEIDEL
PRIMISLAVIENSIS.
HALAE MAGDEBVRGICAE
LITTERIS HILLIGERIANIS.